

Q. F. F. Q. S.

# NOMENCLATOR ADAMUS,

Occasione verborum,

Gen. II. 19. 20.

leviter adumbratus.

Quem,

in Regia Academia Aboensi;

Bono cūm D e o,

Consensuque Vener: Fac: Theologicæ,  
sub præsidio,

VIRI admodum Reverendi,

D. ENEVALDI SVENONII

S. S. Theolog. Doctoris & Professoris  
primarij: Ecclesiarumque Aboen-  
sium Pastoris dignissimi, &c.

Domini ac præceptoris sui plurimum colendi:  
publico examini committit,

JOHANNES GEZELIUS jun.

Ad diem Junii; in audit max.

Anno Christiano

M DC LX VII.

---

A B O Æ,

Exudit PETRUS HANSSONIUS, AT.

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS,  
REGNIQUE SVECIÆ, SENATORI  
ET  
CAMPI MARESCHALLO;  
NEC NON  
DUCATUS LIVONIAÆ,  
CIVITATISQUE RIGENSIS,  
GUBERNATORI GENERALI.  
ILLUSTRISSIMO & EXCELLENTISSIMO  
DOMINO,

D. CLAUDIO  
TOTT,  
COMITI DE CARLEBORG.  
LIB. BAR. IN SUNDBY.  
DOMINO IN  
EKHOLMSSUND ET LEHALSLÆN,  
DOMINO BENIGNISSIMO.

D. D. D.

Illustrissime Domine

**A**lderem ne, Illustrissimæ Excellen-  
tiaæ Tuæ oculis, hoc meum exer-  
citium subjicere; vel etiam celsissimo  
nomini Tuō, istud inscribere? Illius  
magnitudine ac fulgore summo; simili-  
tatis autem, tenuitatisque opusculi mei  
conscientia, suspensus; diu multumque  
dubitavi. Id tamen facere sustinebam,  
fiducia singularis & congenitæ Tuæ bo-  
nitatis, quæ, & omnibus, maximis pa-  
riter cum minimis, admirationem mo-  
vet; & devotum suum animum, pie-  
que mentis obsequium, Tibi declaratu-  
ros, magnitudini, qua culum istum ex-  
citaverat, facilitate pari, hoc est incre-  
ibili, admittit; admissosque, si dignis  
verbis istum, Tibi Excellentissime Do-  
mine, probare valeam, humanitate ma-  
xima excipit; vel quod frequentius fit,

:(:

si

si tantum impolita & plane rudi, Tuisque eximiis meritis valde impari, nec ipsorum satis exprimente reverentiam, dicendi forma, promere eundem possint; clementer tolerat sublevatque: Nec non illi superadditi, magni amoris, quo bonas litteras, artesque liberales, & cum favore summo, illarum cultores, sectatoresque complectentur. Spe itaque clementiae, Tuæ, & ab illa, huic meæ confidentiae, impetrande venia, hoc ipsum audebam. Illa proinde, Illustrissime Domine, gratia, quam Parenti meo charissimo tribuisti semper, nunquam non servasti; & hoc summæ meæ veneracionis, exiguum monumentum sed devotissimi cultus interpretem, dignare; meque illius perpetuitate & patrocinio exceptato. Deus Illustrissimam Excellentiam Tuam, cum celsissima Familia, omni felicitate, rerumque prosperitate continua; & per Illam, potentissimum regnum

gnum Sveo-Gothicum, saluberrimis consilijs, expeditionibusque felicissimis; amplissimum Livoniae ducatum, & in eo nobilissimam civitatem Rigensem, utilissimis imperiis, ac praesidio optimo; totam denique rem pub. litterariam desideratissima tutela; per multos annos, beat! ita vovebam.

Illusterrimae Excellentiae Tuæ,

A BOÆ. d. 20:  
Jun. 1667.

humillimus servus  
J. O. GEZELIUS,

Ad

*Eruditissimum, simul atq; rarae virtutis  
candore Politissimum Virum - juvenem  
Dn. JOHANNEM GEZELIUM  
juniorem, promulgatorem disserta-  
tionis hujus, ejusdemq; propugna-  
torem felicissimum.  
infra nominatus.*

*Lingua laesa:*

**E**T necis & vitæ in lingua sedet ipsa  
potestas,

Res bona lingua bona est, res mala  
lingua mala;

Nam permultorum caussa est bona lingua  
bonorum;

Sed gravat innumeris, nos mala lingua

*Lingua sana:* (malis.

Fluctibus obsistit validis velut obvia rupes,

Cogit & in proprijs currere limitibus:

Integras cratio præscripsit verba loquenti  
Primo homini, en stolidè nil retulisse

potest,

Dissens egregiè mi *conjunctissime* JANNES,  
Qui potuit nomen, prodere cuiq; suum.

L. Mq;

*ENEVALDUS SVENONIUS. Q. G. A.  
S. S. Theol. Doct. Prof. & Past. Aboensis.*

Præf.

*Præstantissime Ornatiſſimeque GEZELI;  
amice ſuaviffime,*

Quam spem & felicitas ingenij, & impigri  
tui conatus, jam pridem mihi fecerunt, ju-  
vabit vel hac occasione detegere, & simul de-  
clarare vota, quæ Tibi multis nominibus debeo  
pia ac calida. Quæ vulgaria sunt, arripiunt  
vulgø alii, ut ita aliorum laboribus sublevati,  
citius faciliusqve opere defungantur, Tu no-  
bilissimam occupas materiam, & tractas quoque  
eam ingeniosissime; sicut & acumen ingenij  
monstrant jucundissima illa, ad quæ excurris,  
dum argumento Tuo viam vel paras, vel munis.  
Aliqua illorum ridebunt forte nonnulli, præser-  
tim ij, qui similia aggredi & perficere desperant,  
sicut & cæteri quibus nihil placet, quam in  
patinalens quotidiana: sed mihi crede, apud me-  
liores hisce Tibi magnum favorem conciliabis,  
sicut & ego hæc accipio ac interpretor felicis tuū  
ingenij, ac indefessi laboris, evidens monumen-  
tum. Tu perge ac similibus audendis semper  
invigila; sic nos annis fecuturis non modo te  
tuosque fructus laudabimus, sed erunt, qui ~~vina~~  
ingenij recte metientes, ubi Deus ita voluerit,  
überi mercede Te extollent & beabunt; Vale,

T. Studioſſ.

P E T R U S Bång/ D. ♂ Prof

## Præfatio.

**N**omenclatorem ipsum, Benebole Lector, si  
operose Tibi commendarem, tuam frustrarer  
exspectationem, laboremque meum. Quorum  
prius, ne admitterem, habitum illius quo hic  
a me sistitur, primum explicare, vel potius ex-  
cusare, necessarium arbitror. Discolor forte  
iste non remini videatur, consutusque ex mate-  
ria non diversa tantum, sed & illi parum de-  
cente, qui ea tantum vestiri vult, quam na-  
turæ nostræ industria non reperit. Verum sicut  
nitidissimæ picturæ, sine colorum varietate, ta-  
les esse nequeunt, sed illa multum collustran-  
tur; ita nec eadem destituta esse possunt, rudio-  
re arte adumbratae imagines. Ultrinque ve-  
ro videndum est, ut suo quoque loco id colo-  
ris genus adhibeatur, quod non tantum conve-  
nientiam quandam cum ceteris habet; sed &  
ut omnia mutuam illustrationem, lumenque  
fænerent reciprocum. Quod quantum po-  
tui, & hic studiose observavi. Tuam tamen  
Lector candide & Censor optime, humanita-  
tem & equanimitatemque posco & imploro; &  
eandem simplicitati mee patrocinium, quam  
immaturitas ingenii, & ætatis conditio hæc-  
nus exhære non siverunt; & infirmitati, ubi la-  
psus fuero, velamentum; & munimentum ad-  
versus malignorum iniqua iudicia; supplex  
quaro. Vale.

I. N. J.

## AD VERBA MOSIS

Gen. II. v. 19. 20,

**E**t formavit Jehovah Deus,  
et terra, omnem bestiam agri, & omne volatile cæli: adduxitque ad Adam *a*, ad vindendum *b*, quid vocaret illa: & quodcunque nomen, indebet animalibus Adam *c*; hoc *d* nomen eorum eslet *e*. Appellavitque Adam, nominibus suis *f*; omne jumentum *g* & volatile cæli; & omnem bestiam agri.

**A**

Thesfis

Interpret: *a.* LXXII. Vatabl. Francisc. Jun. Vulgat. Sc. *b* Buxtorf. in concord. Aria Montano. *c.* Vatabl. in annot. ad b. *d.* Aria Mont. *e.* Vatabl. Luth. Suet. Vers. *f.* Luth. Vulgat. Sc. *g.* Luth. Vatabl. ex Gen. I. 24.

Tracta  
tionis  
ratio

**S**Acra hæc verba, ad ortum primi-  
geniæ linguæ, nos deducunt: *primum-*  
*que* nobis monstrant *Nomenclatorem*:  
utrumque, quantum Divina gratia, vires  
juverit ingenij; occasione & ductu co-  
rundem considerare visum est. Præmis-  
sis ijs, quæ de *lingua in genere*, dici;  
quæque *inservire* subsequenti tractatio-  
ni possunt.

**Linguæ** II. Dicta vero est *lingua*, quatenus  
**etymos** hic consideratur, per tropum *effe-*  
*logia* *ētus*, a causa sua instrumentalis, eaque  
primaria, notissimo illo *membro corpo-*  
*ris*: hoc autem a *lingendo*, secundum  
analogiam grammaticam, quod fere o-  
mnibus placet; nisi quibus videtur, com-  
modius a *ligando*, derivari posse: sicque  
exprimere: *vel munus*, quo in omnibus,  
in brutis vero solo fungitur; dum com-  
molitos cibos, conligit ac deprimit *a:*  
*vel* peculiarem ejus, in quibusdam obli-  
gationem *b:* *vel* cum nominis ratione,  
moralem ejus usum; scilicet, quod *sepi-*  
*bus* dentium labiorumque *ligatum* sit *c:*  
ita

*a. Lactant. lib. de Opif. Dei c. x.p.700.*  
*Scalig. exerc. cxxiii. s. 2. b. vid. quæ*  
*de Batto refert Justin. Hist. l. xiii.*

rade ejus *vinculis*, iisque, de pectore  
imo aperiendis, ingeniose Gellius d.  
Hosque iuvare potest, quod Sueci id a  
tun/ id est sepe e; Germani a Jun/ quod  
idem est f, denominant: & quod Plau-  
tus, *occludere lingam*, dicit g.

3  
apud  
Suecos  
& sene  
nanos,

III. Veniunt autem hoc nomine, ob  
similitudinem, etiam res aliæ, quæ mem-  
bri istius formam, vel situm imitari visæ  
sunt: idque non apud profanos tantum,  
quorum loca non vacat adducere, cum  
& alibi b allata, videri possint; sed &  
sacros scriptores, utpote: *flamma i*, *sa-*  
*xum k*, *scopulus l*, *ligula auri m*. &c.

Homo-  
nyma

IV. Et quamvis apud latinos quoque,  
alijs exprimatur vocabulis hoc idem; sic  
apud auctores passim: *vox latina n*,  
*loquela græca o*, *sermo græcus p*, &

Syno-  
nyma  
Latina,

A 2 atticus

c. Bak. in Ps. xxxiv. part. iii. memb. 2.  
d. Noct. Att. l. 1. c. xv. p. m. 34. e.  
D.D. Locc. in Lex. ex ll. Hels. Celeberr.  
Scheff. Upsal. c. III. p. 20. f. Cluverius  
Germ. Antiq. l. 1. cap. XIII. p. m. 112. g.  
in Trinum. sc. III. post. med. h. Hadr. Jun.  
in Nomencl. & lexicographi alijs. i. E-  
sai. v. 24. k. Jos. xv. 2. l. Esai. XI. 15.  
m. Jos. VII. 21. 24. n. Ovid. Trist. l. v.  
Eleg. III. o. ibid. conf. ea quæ Fabric. de  
dif. & propr. l.l. p. q. ex Corn. Front. habet

4 atticus q, locutio latina r: tamen ut  
his non tam frequenter; ita nec sensu o-  
mnino commodo: habent enim plerum-  
que, in famosiore significatione, non tam  
ad id, quod in lingua quavis cuique genti  
proprium est, respectum, quam ad aliud  
quod vel naturale; vel morale dici  
potest. Ac ut de primo, nunc solum no-  
minatim moneam, est illud in alla-  
tis istis latissimum: gaudent etenim  
non homines solum facultate emittendæ  
vocis, & eadem ex natura; sed & ceteræ  
animantes, quibus non desunt pulmo-  
nes, vel arteriæ, & quæ linguam habent  
liberam solutamque: verum locutionis  
donum, (licet ob varias caussas, non una  
sit illa, sed varia:) soli possident, quia  
rationis sunt participes, secundum  
quam modulatio linguæ, quæ con-  
sonantes facit, fieri debet; nec nisi ex  
usu, vel arte adquiritur: ut de hoc pro-  
lixe disputat Aristoteles s. Quare vox  
præcisa ratione, significetne aliquid  
per naturam? ut in brutis; vel ex insti-  
tutione? ut vox humana: generatim sic  
describitur: sonus ab ore animalis,  
cum

p. Cic. de fin. lib. I. ab init. q. lib. I.  
de nat. Deor. § m. 93. r. de Cl. Orat. § a  
117. s. Hist. anim. lib. IV. c. IX.

cum imaginis alicujus significacione pro- 5  
latus t.

V. Ast ut de synonymis græcis, quæ-  
dam dicam; notandum est: γλῶσσαν,  
quam, organum puta, σεματήρ appellat  
Æneas, versatilem u; ex ejus mo-  
bilitate, sermonis nostri arguens incon-  
stantiam, nostro sensu ab Homero quo-  
que usurpatam esse: ὁδὸς γῆραιος.

αλλὰ γλῶσσαν ἐμέμικτο, πολύχλη-  
τοι δὲ σαν ἄνδρες. Alias hujus  
vocabuli acceptiones, ut alienas, con-  
sulto omitto: & circa vocem τῆς  
παλέκτρας hoc observo: scilicet, il-  
lam ab Aristotele definiri: quod sit vo-  
cis per linguam διάρθρωσις articulatio  
y, alij explanationem vertunt z: sed ut  
justo latior est definitio hæc, cum sub ea  
avibus ceterisque animalibus, dialectum  
tribuere possimus, ita explicat eandem  
Philosophus alibi, & ad hominem solum  
referre videtur dialectum, dum dicit: il-  
lam esse cum imaginatione, ad aliquid

A 3 signi-

i. Albert. Magn. log. seu Tom. i. lib.  
i. periherm. tract. ii. c. i. p. 242. a. v.  
apud Homer. Iliad. xx. p. 722. x. Iliad.  
v. p. 152. y. loc. cit. ab init. z. Theod.  
Gaza Ec.

Græca

**6** significandum. a. Coarctata autem eius significatio, nunc plerumque acceptior: restricta est, non solum ad humanas voces; nec ad certas linguas b; sed ad peculiares in his modos loquendi figuræ c: quæ in Graeca, ad quinarium extenduntur numerum.

**VI.** Plura circa nominis rationem adferre, videtur supervacaneum esse; tantum nomina, quibus hoc ipsum in Sacra Scriptura *Vet. Test.* indigitatur, addam. **Hes  
brae** Duo enim illa sunt præcipua: primum, *la-  
son*, hoc æquipollit voci *linguae*, vide su-  
pra d, nisi quod de *populo* cuiuscunque  
*linguae*, dicitur apud Danielem e: alte-  
rum *sapientia*, quod quando pro sermone  
ponitur, peculiaris est hebraismus f.

**VII.** Postquam vero ea, quæ circa no-  
men *linguae* dici, ut spero, merentur, di-  
cta que sufficere possunt, hoc modo expli-  
cata habemus: *naturam* ejus paullo ex-  
pliatius tradi oportet. *Linguam* autem  
definid

a. l. II. de anim. c. VIII. circa fin. b. Att.  
II. 6. 8. XXI. 40. c. Joan. Gram. 3' Corinth.  
in libb. suis de dialect. græcis. p.m. I. & 13.  
Vergara l. V. p. 310. d Thes. 3. & 5. e. IM.  
29. 31. sic etiam in N. Test. Apocal. V. 9. X. 11.  
&c. f. Gen. XI. 1. b. 9. conf. Esa. XXIX. II.  
cum 1. Cor. XIV. 21.

definio, per sermonem certæ genti pro- 7  
prium: hoc ipsum exinde probô; quod  
dum omnis, ad certi cujuscunque, vel  
nunc, vel olim existentis populi usum,  
tollitur linguæ respectus; nihil supererit,  
quod non sub nomine sermonis essenti-  
ave comprehendi queat: talis fuit lingua  
prima ac semper esset, si unius labij u-  
niversa mansisset terra; & pœna, quam  
Deus meritam, (ut non intelligeretur ju-  
bens homini, qui noluit intelligere, ut o-  
bediret Deo jubenti g:) ædificantibus tur-  
rim superbiæ solvebat; occasionem non  
dedisset dispersioni populorum & lingua-  
rum diversitati: proinde non potest non  
servari hic respectus in sermone ad certam  
aliquam gentem: & sic habemus quod  
modo definitum dedi. Prolixe ut alias;  
ita nunc optima ratione, hæc deduci pos-  
sunt, nisi apud omnes esset in confessio,  
teria in unaquaque lingua semper consi-  
deranda esse: facultatem nempe loquen-  
di; ipsum exercitium; ac denique respe-  
ctum illum, quo hæc vel illa lingua ab  
altera distinguitur: hic quamvis in nullâ  
lingua, nunc post confusionem Ba-  
bylonicam, possit distincte spectari ab i-

A 4

sto

g. Conf. ea qnae ex Cypriano & Aug. re-  
fert D.D. Loccen. de period imp. l. 1. c. 1.

sto, tamen prima lingua illum non habuit: cum *ut talis* ab omni ejusmodi respectu soluta, & de facto, vel positive, ad certam gentem respectiva non erat. Sunt proinde distinctæ considerationis tria ista, primum a medio realiter, ultimum nunc per mentalem præcisionem solum ab isto separatum est. Verum de his feliciter, nulla tractatio insti-  
 quæri. tui potest; nisi prius *subjectum* proponatur ijsdem adæquatum: quod commode fieri existimo, dum ea, quæ vel ob *excellētiam*, vel *defectum*, capacitatem *hujus*, de quo loquimur sermonis, non habent; seponimus.

**Sit Deus?** IIX. *Deum* loqui, adeo ex Scriptura est manifestum, quin & rebus quibusdam a se creatis nomina *indidit* h: modo autem omnino excellentiori, & ut ipsi *B. Patres* fatentur nobis *ineffabili*: unde semper dubij hæret: sitne talis, quem fieri posse, vel per ipsum *Deum*; vel quasdam res *creatæ*, & in his: per spirituales imagines, corporales voces, spirationem in corde, sonum ad aures dilectorum; vel vi, vel voluntate Divina factum: imaginari, & ad loquelæ nostræ, conceptusque humani rationem, explicare possumus?

Unde

h. Gen. 1. 5. 8. 10. Sc. Sc.

Unde acutissima ingenia id tantum  
de hoc sermone dicere possunt; eum nec  
sensibilem nec vocalem esse *k*: quod mi-  
hi sufficit, ad ostendendum Deum non  
posse dici, sermonis *istius* subjectum: cum  
& hoc præter ea perfectioni ejus repugnet  
per facultatem disponi; vel per certum  
respectum, ad certæ linguæ exercitium,  
alligatum teneri.

IX. Cum enti intelli enti, magnam vel an-  
det loquela perfectionem; & ad conveni-  
entem, rationalium & intellectualium  
rerum, gubernationem societatemque  
expediat, alterius conceptus scire *l*: non  
vide:ur locutio *angelis* negari debere.  
Hoc ipsum quoque, ex eo probari potest:  
quod *angeli*, ratione perfectionis, inter  
Deum & homines medij sunt *m*: antea  
probatum est illum loqui; ne~~o~~ his ne-  
gare potest aliquis locutionem, qui non  
eo ipso dum loquitur, se ipse refutabit:  
quare in istos tam iniqui simus, ut il-  
lis hanc felicitatem negemus? accedit,

A 5 quod

- i. vide quæ ex August. & Orig. de hac  
re habet B. Gerhard. in Exeg. loc. II. c.  
IIX. Sect. I. §. 118. p. 745. k. Suarez.  
Tom. II. Metaph. Disp. XXX. Sect. XIII. t.  
q. I. idem Disp. XXXV. Sect. IV. t. 5.  
m. Ibidem Sect. I. t. 9.

quod ipsi hanc, vario prodiderunt sermone *n.* Verum ut ob *alia*, quæ in lingua ista nostra requiruntur, & in angelico ob ejus excellentiam locum non habent; subjectum talis sermonis dici nequit; ita in hoc *præcipua* est differentia, quod in illo *mere* est spiritualis loquela, & illi materiali, quæ in homine est, opponitur ab apostolo *o*, juxta interpretationem Patrum nonnullorum *p*; quæ etiam fundamento, ratione *subjecti*, nititur firmiori, quam illa quæ hyperbolæ sectatur; vel bonitatis, qualis in hoc *panis angelicus q*; vel pulchritudinis ac elegantiae, quam, ubi rara sit, consuevimus per faciem describere *angelicam r*: hancque explicationem, natura & immaterialis essentia angeli requirit, nec aliam admittit *s*. Ex illa autem oppositione, differentiam sermonis ange-

*n. Esa. vi. 2.3. Zach. ii. 3.4. Luc. ii. 13. 14. Sc. Sc. o. i. Cor. XIII. i. p. Cbrysoſt. Anſhelm. Theodoreti & OEcumenij: ut auctor mihi est Albert. Gørsly in comment. Mſſ. ad part. i. D. Thom. Q. LIV. ſeqq. Sect. IX. q. Psal. LXXIIX. 25. Sap. XVI. 20. r. ex Corn. a. lap. aliorum ſententiā refert idem ille Albert. l.c. s. conf. Quaroz Diſp. XXXIV. ſect. III. t. 12.*

angelorum & hominum observamus 11  
magnam esse: non quoad essentiam, quæ  
indifferenter ad subjecta hæc spectata, ni-  
hil aliud est, quam manifestatio conce-  
ptuum & sed in diverso manifestationis  
*modo*. Loqui enim dicimus angelum, me-  
diante *voluntate*, ordinantem conce-  
ptum mentis ad alium; pari ratione in  
nobis quoque, voluntas removet obsta-  
culum, quo alias suspenditur actus exé-  
cutivus; hoc posito statim ex illa *potentia*  
qua angelus in alium, (parum hic facit  
sympathia naturalis vel connexio aliqua)  
non per distantiam remotum, agit ut  
sit *spesierum* quarundam *intelligibilium*,  
conceptum istius, objectumque de quo  
sermo est *repræsentantium*, accessio: quæ  
respectu loquentis, impressionis; audien-  
tis vero, receptionis notionem induit.  
Nec aliud facit illarum accessus, quam  
quod refricet & in actum secundum de-  
ducat, species objecti sermonis istius,  
quas *primo*, ut aliarum rerum omnium  
quæ ordinarie & naturaliter ab angelo  
intelligi possunt; præter Dei, quem per  
species cognoscere, impossibile est & in

A 6 eo

t. Scheibl. Metaphys. lib. II. c. IV. n. 213.  
seq. u. Suarez. Tom. I. Metaphys. Disp.  
XIX. Sct. IIX. t. 44. seqq. x. idem Tom. II.

eo ab initio creationis existisse suppono :  
*cum quod essentia & perfectio, in ijs puerilem addiscentium statum non admittere videtur y; tum quod improportionata esse, objecta materialia cum immateriali intelligentia, quivis videt: facile etiam difficultas, quam ex contingentia existentiæ objectorum hic obijciunt z;*  
*si observetur discrimen inter primum aetum & secundum, tollatur a: erit porro & hoc manifestum, species in locutione adcedentes, easdem esse specie & analogia, cum ijs quæ antea ei inerant; numero solum differentes b: ita tamen, ut sint in angelo, nec fluentes a materia, sed cum substantia illa immateriali in cognitione coexistentes c: indigetque ijs ipsis in loquendo, per non infinitum intellectum; cum substantia creata, non possit illabi menti alienæ, & cum illa intime coniungi; quod Divinæ & simplicissimæ essentiæ convenit d. Ac ut summa-*

tim

*Disp. xxx. Sect. XII. XIII. y. Disp. XXXV.*  
*Sect. IV. t. 20. Gorsly loc. cit Sect. II. z.*  
*Revius in Suarez. repurg. ad loc. Suarezij proxime citatum num. 8. pag. 805.*  
*a ut id ostendit Gorsly l.c. Sect. VI. b.*  
*veluti de simili loquitur Sealig. Exerc.*  
*CCCVI Sect. 13. c. Exerc. CCLI. circa fin.*  
*d. Suarez. loc. jam. laud.*

tim omnia complectar: neque sermone  
materiali, neque signo, neque nutu an-  
gelis opus est, sed irradiatione mutua e.

X. Verum ut loquendi modum qui sub-  
stantiis spiritualibus competit, extra no-  
stram considerationem nunc posui; ita,  
& adhuc jure majori, is qui *brutis ani-*  
*mantibus* a quibusdam tribuitur hic se-  
ponendus: unde *Aristoteles*, postquam  
multum differuit, de vario soni gene-  
re in animalibus, concludit: *animal vo-*  
*cem varie mittit, neque est quod loqui*  
*possit, sed proprium id hominis est f.* Fir-  
miter vero id adfirmare videtur *Firmian-*  
*nus*, hisce verbis: *Summum igitur bo-*  
*num hominis in sola religione est: nam*  
*cetera etiam, quæ putantur esse homini*  
*propria in ceteris quoque animalibus re-*  
*periantur; cum enim suas voces propriis*  
*inter se notis discernunt atque digno-*  
*scunt; colloqui videntur g: alibi vero ad*  
*aves post hominem facultatem loquendi*  
*restringit: sed hæc, (explicuit in præce-*  
*dentibus modum formandi sermo-*  
*nis:) ad hominem solum pertinet, aut ad*  
*aves*

e. Scalig. Exerc. CCLIX. Sect. 9. circa fin. f.  
Hist. animal. l. IV. c. IX. Conf. l. IIX. c. I.  
ab init. g. Inst. Divin. l. III. De fals. sap.  
c. x. ab init.

14. *aves, in quibus acuminata, & vibrata certis motibus lingua, innumerabiles cantuum flexiones & sonorum varios modos exprimit h.* Virum autem religione Clarissimum i, quem, sibi in locis his proposuit finis, excusare potest: siquidem in priori removendum ei fuit, quidquid in homine, cum dignitate excellentiaque religiosi animi certare videbatur; nec in altero isto quidquam, ad commendationem Divini opificij faciens, omittendum: proinde de sermone brutorum, pauca ad rem ipsam magis, quam ad ea, quæ ab ipso dicta sunt, dicam. Scilicet, diffiteri nequit, esse in brutis quandam vocum diversitatem, prodiisque hanc, prout vel ira, vel amore, vel timore, vel alio aliquo passionum afficiuntur genere, ut hoc ipsum quotidie in domesticis animalibus observare possumus, exempla videantur apud Aristotelem k & Gassendum l: quamvis hic quoque ex sententia Epicuri, locutionem tribuat animalibus pariter

h. lib. De Opif. Dei e. x. p. 700. i. ita votatur a Petrarcha cit. Quenstedt. Dial. de vir. ill. Italiæ p. m. 350. k. Hist. anim. l. II. c. IX. l. II. de anima. r. IIX. l. Syntag. Phil. Epicuri part. II. Sect. III. c. XX. p. 131.

riter cum hominibus; licet non æque perfectam: nec & hoc negari potest: illarum vocum auditu, non solum ejusdem speciei moveri animalia, sed & diversæ; sic laborantis porci grunnitus, idem ac unus, & in auxilium advocat reliquos, & incursum adcelerat canum. Verum, quemadmodum lacrimæ brutorum, de quibus Poetæ & recentiores alij *m.*, verum justumque non faciunt fletum; ita nec hi sonorum modi veram efficiunt locutionem: non enim *signa* sunt ad institutionem, distinctarum rerum ac conceptuum; quod tamen in sermone adesse debet *n.*: sed *effectus* tantum diversarum spirationum, a diversis orientium passionibus, sonusque est, ex aere & pulmonibns sponte extruso, & ad guttur, aliasve oris partes adliso: naturaliter quoddam animi pathema significans *o.* Prolixa hæc non indigent probatione, nemo enim *prius* negabit, ut spero, novit enim quisque proprio, ad majores probationes nunc non recurro, edocitus  
exem-

*m. Deussing. & Straussius, vid. hujus ad illum Ep. II. p. 242. n. Albert. Mag. Logic. seu Tom. I. lib. I. periberm. Tract. II. c. I. p. 242. o Burf. Scient. nat. l. III. c. x. p. m. 274.*

16 exemplo, mentis interpretem esse sermonem p: nec sine rationis imperio ac directione; nec ubi illa vel abest, vel immatura adest, efformari posse: cum ratio sermonis veluti anima sit, quamquam hic ab illa proxime non dependeat, nec minus distincte considerari debent quam anima & corpus q; multo minus posterius: si ex situ membrorum notitia, cognitam habuerit cordis ac pulmonum viciniam, cogitaverit deinceps: quam facile ex his aeris expulso, eaque vel fortior, vel remissior pro varietate motuum passionumque in corde: (in proprio enim corpore, sensitimus vehementiam passionis, immutare ipsam respirationem, & gemituum, ubi ex passione interna oriuntur, compressio, interiores partes laedit; agitantur enim fortius ex contentione spiritus:) & sonus, pro diversa organorum in diversorum animalium corporibus, vel gravior aut acutior, fieri possit. Ac de hoc tanto minus dubitabit, si praeterea respexerit ad quorundam vocabulorum ortum apud homines, quae Grammaticis interjectiones adpellantur: experiatur tunc, ope intelle-

p. Cic. lib. I. de leg. §. 38. q. Bac. de Verulam. augment. Scient. lib. VI. c. I.  
p. 413. seq.

intellectus, certi quid sub ijs non intel-  
ligi; sed saltem passionum, gaudij, do-  
loris, tristitiae &c. indicia esse; & sub  
earum quoque connotatione ab audien-  
tibus excipi: erumpere quoque ea, in  
sonum vocalium & bivocalium potius,  
quam consonantium: ut ingeniose non  
minus quam copiose, de hac re differit  
*Lipsius r:* concludit autem verbis Ar-  
temidori: litterarum quae vocales, me-  
tus ac turbellas significant s; addit: do-  
lor in ijs prævalet, sicut in omni vita.  
Proinde voces brutorum, eandem ha-  
bent significandi vim, cum nostris ge-  
nitibus de veris loquor; (nam de fictis  
ac hypocriticis aliud dicendum est, le-  
gique potest Cicero t:) & interjectioni-  
bus; scilicet affectivam quandam u, &  
naturalem x.

XI. Ex dictis patet, non esse omni modo impossibile, caussas varietatis in vocibus brutorum y, & ex ijs affectiones (tam generali vocabulo z utendum,)

B eorum

r. *Dial. de rect. pronunc.* L.L.c.vi. p.m.  
24. seq. s. *lib. III. c. XXXIV.* ut ipse il-  
lum laudat. t. *Or. XXX. de harusp. resp.*  
§. m. 38. 39. u. *Alb. Mag. l.c. x. Gorop.*  
*Bec. Hermath. lib. I. p. 10. y. Senert. Phys.*  
*l. vii. c. x. p. 632. z. Cic. lib. I. de invēt. §. m. 36:*

18 eorum scire. Si vero *Apollonius*, malis  
nominis & mendacissimus *b* Philofo-  
phus, Pythagoræ æmulus summus *c*, cui  
Tyanæo cognomen fecit patria, credi vo-  
luerit: perfectam eis competere locuti-  
onem, qua sermocinarentur mutuo; e-  
amque a se intelligi *d*: erat in eo, ut  
alias maxime, superbia majore inflatus,  
quam vera præditus scientia. Esse autem  
hoc ejusdem generis, cum reliquis, ut po-  
te suscitatio mortuæ puellæ *e*, &c. quæ  
in vita ejus *f* tradit *Philostratus*; ubi  
magna mendacia Homeri *g*, majoribus  
& plus quam in græcis fabulis *h*, menda-  
cijs corrigit, quivis facile videt: quæ  
omnia primi vitæ ejus scriptores, alij-  
que cum ipso apostolorum Christi æ-  
muli, callide de eo sunt commenti,  
*i*; poste-

- a. *Quenstedt Dial. de Vir. Ill. Asiae p. m.*  
459. b. *Scalig. Exerc. CCCVII. 29.* c. *Cl.*  
*Scheff. de Philos. Pythag. c. xv. p. 180.*  
d. *Cœl. Rhodigin. lib. XVII. c. XIII. cit.*  
*Stelsan. in Dict. Histor.* e. *Baron. an-*  
*nal. Tom. I. ad an. Ch. LXIX. num 30.*  
*seqq.* f. *lib. III. ut B. Gerhardo lauda-*  
*tur L. c. de resurrect. mort. §. 40.* g.  
*Lud. Viv. lib. v. de trad. disc. qid. Voss.*  
*de hist. Græc. lib. II. c. xv. p. 191.* h. *Se-*  
*lig. loc. jam laudato*

posteri religiose credebant; sequenti-  
busque plures, Ecclesiæ invisi, per-  
suadere conabantur: ut ex *istis Eunapi-*  
*um k*, Christianis quoque inimicum  
*l*; ex *bis vero Porphyrium* (ut quidam  
volunt *m*,) nominem: quamquam non  
sustineo, Philosophum hunc *n*, tam cras-  
sum. arbitrari, ut ea quæ de Apol-  
lonio legebat credidisset, vel suo scripto,  
tantorum firmasset mendaciorum fidem;  
cum nec locum ejus adferant, qui id  
ipsum ei adscribunt; nec id parum  
dubitacionis adferat, quod non ali-  
um vitæ ejus scriptorem, præter *Da-*  
*mim o* & *Soterichum p*, adducunt au-  
ctores, si *Philostratum* excipias; hic au-  
tem, non solum vanissima illa, de suo  
Apollonio refert, sed ad inducendam,  
mendacio veritatis quandam speciem,  
hoc quoque comminiscitur; videlicet:  
cives cujusdam Indiæ urbis, Paraca di-  
ctæ, draconis, vel hepate vel corde com-

B 2 esto,

i. legatur *Lactant.* *Instit.* l. v. *de justitia*  
*c. II. & III. k. Voss. loc. alleg. l. Hotting.*  
*Hist. Eccles. Sæc. VI. Sect. II. p. 328. m.*  
*Sperling. Zool. c. II. ad axiom. I. p. II.*  
*n. videatur de eo Voss. de Hist. Græc.*  
*c. XVI. p. 197. seqq. o. Stelsan. in Dic.*  
*Hist. p. Voss. loc. cit p. 199.*

20 esto, omnium animalium voces murmuraque intelligere q: omnia pari cum auctore ipso, fide digna sunt, nec ulla vel defensione r, vel excusatione s, commendari possunt.

XII. Ostendi itaque hactenus, quid in se ponderis habet sententia hæc, de sermone brutorum, & quantum ei experientia addit Apollonij: nihil præterea moror exempla *lusciniæ*, *psittaci*, *corvi*, &c. nullus enim adhuc negavit, posse quædam animalia, præsertim nominatas aves, vocem imitari humanam r; nec ullus unquam dixit, illas humano sermone uti *naturaliter*, cum sonus quem emitunt cantus solum dici possit, non vero locutio u. Quare qui ista adducunt, sibique x opponunt, non minus ignorantem produnt elenchi, quam

q. Gorop. Bec. Hermath. l. i. p. 5. & 10.  
r. suscepta est a Mich. Maijero in symbolis &c. vid. D. Thom. Bang. cæl. orient. exercit. II. Q. IV. p. 117. s. adfert hanc Naudæus vid. loc. cit. Bang. t. Scalig. Exerc. CCXXXVII. Franz. Hist. anim. Sacr. part. II. c. XIV. XVII. XXVI. &c. u. August. lib. de Magistro cap. I. conf. lib. II. de ordine c. XIX. x. Sperling. Anthropol. lib. I. c. VI. Q. I. p. 283.

quam alij in plerisque eorum recensendi, id committunt, quod alias bono historico vitio vertitur.

21

XIII. Relinquant itaque ut hactenus probavi, *homini soli*, sermonem aut *linguam*, in qua *tria ista* antea requisita, & quidquid ad eadem spectat, concurredunt; tum substantiae illae *intellectuales*, tum istae quae *materialis* solum sunt conditionis considerationisque. Sic ex praefixis verbis nostris observamus, Deum non voluisse nominare, nec angelis sistere animalia, nec valebant ipsa, nomina proferre sua; proinde ad hominem adducebantur, a quo, suo quocunque eorum vocatum nomine. Hoc nunc commodo & adaequato subjecto hic substrato ac posito; pergo ad *primum*, nempe facultatem loquendi, evolvendum: per *banc* vero, non intelligo facultatem eloquentis, stricte sic dicti, quae a Cicerone describitur: *eius propria*, fuisse lateque dicendi y copia z; sed id, quod in homine primum principium locutionis est, & ad illam a *natura sua* institutum & ordinatum a; quam faculta-

vel sos  
lus hos  
mo?  
de quo  
affirma  
tur  
qua si-  
tum,

succedit  
confis-  
deratio  
facultas  
tis lo-  
quendi

B 3

culta-

y. in *Oratore* §. m. 113. z. *Orat.* v. in *Verr.* 1. §. m. 10. a. *Suarez Tom.* II. *Disp.* XLIII. *Sect.* III. *text.* 2.

cultatem non habet hic velille, sed quivis  
hominum; estque hæc tam frequens fa-  
cultatis acceptio, ut incertum sit, an  
communio ejus & latitudo, frequentia-  
am usus, apud idoneos auctores, maxi-  
me Philosophos vincat, sic idem ille: *E-*  
*enim ratio, qua una præstamus belluis,*  
*certe est communis, doctrina differens,*  
*descendi quidem facultate par b:* apud  
græcos, idem valet *δύναμις c,* & la-  
tinos, vocabulum *potentiae,* ita tamen,  
ut hoc strictius, *facultatis,* ut latius a-  
gnoscens *d.*

que est  
& Deo

XIV. Ceterum, quum facultatem lo-  
quendi hanc, nec a se ipso habuerit *Adam,*  
nec ejus posteri; quamvis omnibus *a*  
*natura insit;* oportet principaliorem e-  
jus investigare *causam:* nullam autem  
præter ipsum *Deum* invenire possumus,  
is enim per creationem, & admiran-  
dam hominis, organorumque forma-  
tionem, inspirationem que vitæ *e;* sine  
quibus nullus tam nobilis fieri potest a-  
etius; nec non per omnipotentem uni-  
versalemque influxum, cuius beneficio  
& nos

b. lib. I. de legibus §. m. 30. c. Arist.  
II. de anim. c. II. seqq. &c. d. Cic. lib.  
II. de invent. §. m. 169. conf. ibid. §. 24.  
e. Gen. II. 7.

& nos generamur, creamurque *f*, vivimus, movemur & sumus *g*, hoc inestimabile donum communicavit, & conservavit semper. Sed nec minus, singularis facundiæ donum, ei acceptum referendum, ut in hac re notabile in primis est exemplum Mosis, cui, cum istius defectu alijsque naturæ impedimentis se excusare, legatique muneri subducere vellet, supplicibus hisce verbis: *Obsecro Domine, non eloquens sed impedito ore & impedita lingua sum h*: respondit Deus; *quis fecit os homini?* quod de facultate loquendi intelligendum *i*, nonne ego Jehovah? ego autem adero orituo, hoc est reddam te facundum & disertum *k*. Estque hoc ipsum tam manifestæ veritatis, ut supervacuum omnino sit, plura de eo, vel dicta vel exempla cumulare, quæ tamen passim *l* re-

B 4 perium

*f.* *Psal. XXXIX. 48. conf. B. Jac. Mart. Part. Theol. Disp. VI. §. 9. 10. g. Att. XVII. 28. h. legatur Exodi IV. 11. 12. 13. 14. 15. i. Interpret. Vatablo & Etymologico triling. edit. Lugd. 1607. p. 429. cit. Lang. in Polyantb. p. 797. k. Vatabl. Bibl. Norimb. conf. D. D. Ters. in *b*, l. p. 59. seqq. l. Matth. x. 20. Luc. I. 70. Att. II. 1. Cor. XII. 36.*

periuntur. Quod autem dixi omnibus  
*a natura inesse* hanc facultatem, id non  
difficulter probatur, quia *naturalis* est  
homini, cum ratione *ordinis*, quia non  
est supernaturalis *m*; tum *possessionis*,  
sicut omnia ea, quæ sine disciplina &  
studio insunt *n*; ac ratione modi ad-  
quirendi opponuntur *ijs*, quæ industria  
comparantur, & ad habitum pertinent;  
*o* vel extrinsecus indita sunt *p*. Omne  
enim quod ad sermonem requiritur, su-  
prenum Numen, benigniorque natura  
dederunt: nec illum aliquod deest ho-  
mini, per quod illum fieri necessum est:  
sunt enim *illa dona natura*, ut loquitur  
*Crassus q*, quæ certe cum ipso homine  
nascuntur, linguae solutio, vocis sonus,  
latera, vires, conformatio quædam, &  
figura totius oris & corporis: Verum quo-  
modo hæc facultas per superveniens ex-  
ercitium proximius ad actum loquendi  
ordinatur, consequens est tractatio.

& ipsi: XV. Datam hanc à Deo facultatem  
us exer- loquendi non absque usu ac ulteriore  
citij activitate permittit quiescere, jam ean-  
dem,

*m. Suarez. Disp. XLIII. Sect. IV. t. 3. n.*  
*Arist. Hist. animal. l. IV. c. IX. o. Cic:*  
*lib. I. de invent. §. 35. p. Suarez. loc.*  
*cit. q. Cic. lib. I. de Orat. §. m. 114.*

dem per naturam, congenitamque possi-  
dens homo, sed in actum ducit, unde fit  
sermo, proinde recte constituitur hujus  
efficiens, prout istius *subjectum* est; i-  
psa etiam loquela, hanc *ei* denominati-  
onem dat, quod loqui dicitur, quare &  
*ei* potius adscribenda quam *subjecto*, cui  
vis ista potentiaque loquendi, ratione  
*principij moventis* competit, *animam in-*  
*telligo*; cum quod ille habet id omne,  
quod ad locutionem requiritur, tam  
principaliter quam ratione instrumento-  
rum, *hoc* illud solum; *tum* quod non ni-  
si in illo perspicuam observare possumus  
modi rationem, ut postea videbimus.  
Quæ autem primaria ac præcipua sunt,  
quæ in homine huic actioni inserviunt  
optime novit David, dum hisce verbis vo-  
cum suum Deo facit: *predicabunt labia*  
*mea, cum cantavero tibi, Et anima mea,*  
*quam redemisti, insuper lingua mea to-*  
*to die loquetur justitiam tuam r; est*  
*in nobis ipsa mens nostra, qua sapimus*  
*qua providemus, qua hæc ipsa agimus*  
*ac dicimus s; ipsi totius animi Et cor-*  
*poris regnum a natura tributum est t,*

B5

dicen-

r. Psalm. LXXI. 23. 24. s. Cic. Orat.  
XXXIX. quæ est pro Milone §. m. 84. t.  
Tusc. Quest. lib. III. §. II.

25

ejusque  
I. Effi-  
cientis.  
ratione  
princis  
pij mo-  
ventis ,

26 dicente Cicerone. De organis vero istis  
eorumque usu prolixè & passim tradunt  
**& orgas** Philosophi: *Aristoteles* quod varijs in  
**orum.** locis u: multisque verbis, alias tradit,  
id breviter in hunc modum effert: *vo-*  
*cales igitur litteræ, a voce & guttu-*  
*re, consonantes lingua & labris perfi-*  
*ciuntur, quibus litteris omnem locutio-*  
*nem perfici, nulli dubium est x: unde*  
illis in linguis, quarum usum nunc soli  
servant docti, quo quælibet littera for-  
matur organo, pluribusve velut obste-  
tricibus educitur, observatum esse repe-  
rimus, quæ observatio, litterarum ista-  
rum, quæ hebræum constituunt sermo-  
nem, in quinque classes ordinationis,  
occasione dedit sola, rationemque  
monstrat exactam; quamquam non ita  
in reliquis usitata, interim nec omnino  
est relicta; ut in græcorum latinorum-  
que litteris, veræ earum pronunciationis  
fundamentum, ex antiquis Gram-  
maticis *bac ratione*, non sit difficile o-  
ffendere, sit licet, ut instituti ratio monet,  
hic alienum, cui sufficere existimo,  
si ad alios y ejus rei cupidus remitta-  
tur,

u. *De part. Animal. lib. II. c. XVI. XVII.*  
*lib. III. c. I. &c. X. Hist. animal. l. IV.*  
*c. IX. y. vid. pecul. Tract. de pronunc.*

tur, monstranturque hic in communi  
principialium organorum officia; ceterorum quæ modo non ita conspicuo in-  
strumenti rationem habent, omitto;  
quin & alibi & explicata videri possunt.

Ostendit autem in eo principem *lingua*. Lingua  
actionem, quando vocem vel sonum  
fingit, terminat & articulat, aut potius  
in articulos dispescit, sonosque vocis  
distinctos & pressos efficit, dum elatum  
aera ad palatum vel alias partes oris com-  
pellit, dentesque protrudit *a*; proinde  
non mirum, si quando haec vel obliga-  
ta aliquo modo *b* vel alias læsa fuerit,  
impeditur sermo, & quosdam abscissis  
linguis, nihilominus recte & bene locu-  
tos fuisse *c*, vel verum non est, vel ex-  
traordinarium, ne dicam præternatu-  
rale & miraculosum fuit. Sic etiam o-  
ris cavitatem, sono effiendo aptam, suo  
& labi-  
orūm.

B 6 am

*ling. Græc. insert. Scapul. dictionar. Lips.*  
*in toto de pronunc. ling. latin. post cap.*  
*v. & sub finem, ex Capell. Terentiano &*  
*Victorino. z. Sennert. Phys. l. IIX. c. II.*  
*circa finem &c. a. Hippoc. lib. de carn.*  
*post. med. Cic. lib. II. de nat. Deor. §.*  
*149. b. Marc. VII. 35. Justin. Histor. l.*  
*XIII. c. Joannes Wolfius. Lection. mee-*  
*morabil. Tom. I. p. 334.*

ambitu moliuntur *labia*, sonum præterea exiturum, antea vero modulatum, reddunt clarum, imo omnem in quibusdam litteris faciunt, ut in *b.* *f.* *m.* *p.* dum celeri impetu reclusa diductave, vel mutuo aut ad dentes compressa, fortiorum aut leniorem vel quasi reflexum dant spiritui motum, ex quo sonus fit *d.*

nec  
non in-  
terio-  
rum as-  
tios  
num,

XVI. Sed hi, in his organis motus, adeo sunt manifesti, ut non negari possint, proinde nec de ijs multum disquirri opus est, sed ad *interiores quasdam circa sermonem actiones* respiciendum; quas hac ratione explicari posse existimo: primum omnium constat, musclosa constare carne, illa ipsa organa, præterea quoque esse *musculis* eorum infixam, ingenitamque facultatem quandam, se ipsos contrahendi *movendique quemadmodum totum moveri* potest corpus, quia animatum est: ut communis quoque est sententia Philosophorum *e* ac Theologorum *f.* attamen

vix

*d.* conferatur Lipsius Loc. cit. c. XII. Et certi ibi ad calcem *e.* ut ex multis nominem ipsum Scaliger. Exerc. CCXXX. sect. 2. CCCVII. 29. Et. Et. f. vide quos laudat B. Jac. Mart. Part. Theol. Disp. VI. §. 68. 112. Et ipsum ibid.

vix unquam mōventur , nisi adcep̄to su-  
perne mandato , ideoque ut sit iste mo-  
tus arbitrarius , & ad variarum vocum  
formationem aptus , requiritur imperi-  
um facultatis directricis ; hoc facultati  
musculos incolenti contractionis (nam  
relaxatio ex voluntariæ contractionis  
suspensione & non continuatione , vel  
ex oppositi musculi attractione , *sponte*  
*fit:*) motum injungit , influitque in mu-  
sculos ad modum spiritualis cujusdam en-  
titatis , in cuius productione & per ner-  
vorum longitudinem ; veluti radiorum  
transmissione , juxta intellectus modos ,  
quos exprimere facultas ista directrix  
conatur ; consistit formalis tatio , in im-  
perij istius ad organa delatione : qui a-  
ctus repetitus , non minus istis membris  
ingenerat facilitatem quandam expri-  
mendarum vocum , secundum habitum ,  
solum hic in potentia dirigente specta-  
tum , quam scriptorius actus manibus ,  
quo *exemplo* suam eloquentiam decla-  
rat *Psaltes* g. Et quia nervi isti a cere-  
bro derivantur , ab eo etiam , tanquam  
facultatum rationalium sede , folioque  
in quo primum publicetur mandatum i-  
stud ; rationabilis ille proveniat motus ,

ad

g. *Psalm.* XLV. 2.

ad quem modo solum directorio concurrit, spiritualis illa essentia, quam ab essentia spiritum, & ut a ceteris officio distinguitur, animalem dicimus, ejusque in hoc negotio officium verba Scaligeri paullo mutata vel solum adplicata explicant: *spiritus est minister potestatis animæ ad loquendum, & medianus membrorum ad actionem animi recipiendam* h: quibus observatis videre possumus, musculum optime instrumenti motus nomen mereri i, in causa k; quia ipse animatus est, non vero bene satis dici: vim motivam, defluere in illum a cerebro, per spiritus *ut instrumenta* l; siquidem incommodum hoc ipsum est & ratione animæ, quia si opus ei esset spiritibus, *ut instrumentis* ad movendum, etiam ad eos movendos opus ei erit instrumento alio m: & ratione muscularum, quomodo enim vel influxu suo in longitudinem extenderent, regressuve infleterent vel contraherent membra ista, spiritus hi n? si istis i-  
pis

h. Exerc. ccxc. Sect. 2. i. Sennert Phys.  
l. VII. c. IIX. p. 604. k. Scalig. Exerc.  
cccxxxix. Sect. 1. l. Cartes. de hom. §.  
25. &c. m. Scalig. Exerc. laud. sect. 2.  
n. Kyprian. Coll. Med. Disp. VII. §. 16.

plis non inesset vis quædam motiva *o*;  
 sunt tamen spiritus *requisita* motus (for-  
 te & eadem sententia omnibus, qui de  
 influentia spirituum loquuntur:) quia  
 vim animæ (dirigentis) per universum  
 corpus fusi, etiam ad ista organa defe-  
 runt *p*; quia nobilitas cælestis atque  
 divina animæ haud potest cum re bruta  
 id est corpore conjungi, nisi media in-  
 tercesset natura quædam *q*.

XVII. Imperium autem omne, mo-  
 tumque istum rationabilem de *cerebro*  
 oriri dixi, quem in toto dirigit corpore,  
 unde dominus mentis ac custos dicitur  
*r*, quia in eo fiunt animæ officia *s*. Ve-  
 rum sicut immediate ad nobilissimam il-  
 lam loquendi actionem (hæc quippe sola  
 nunc consideratur) absque ministerio  
 spirituum, non concurrit, ita *nec inde-*  
*pedente imperio se ad illam habet, nec*  
 in uno aliquo hanc observare possumus  
 dependentiam, quamvis a corde solo sit  
 petenda, *hoc enim ut alias principatum*  
 tenet

ab intel-  
 lectu &  
 volun-  
 tate de-  
 penden-  
 tium.

- o. idem Disp. Physie-med. vii. §. 21. num.*
- 7. p. Conf. Scalig. loc. allegatis 5 quæ*  
*ex alijs habet Sperling. Anthropol. lib. ii.*  
*c. xi. Q. 2. q. Scal. Exerc. cccvii. Sect. 13.*
- r. Hippocr. Epist. de nat. hom. s. Idem de*  
*insomn. conf. lib. de sacr. morb.*

tenet corporis *t*; ita & eundem in cere-  
brum & loquela sibi reservavit; idque  
suffragio dicti, usu proverbiali a Christo  
propositi *u*, & communiori nunc rece-  
pti *x*: *ex abundantia cordis os loquitur*;  
Etiam si non incommode vocabulum *cor-*  
*dis*, hoc loco sumi possit, pro anima *y*,  
vel animo *z* hominis, hoc est pro omni-  
bus facultatibus, sive mentis sint, sive  
voluntatis *a*; vel specialius pro intelli-  
gentiæ sede *b*: nam Hebræi commune  
habent mentis ac cordis vocabulum *c*:  
attamen minus necessaria in *hoc* dicto vi-  
detur esse hæc acceptio, cum optime  
propria salvari possit; idque ratione &  
instrumenti interioris; cor enim materi-  
am cerebro conficiendis spiritibus a-  
ptam communicat *d*, & moventis prin-  
cipij, cum in genere fons sit omnis mo-  
tus vitalis cor, quo consequenter omnes  
homini-

*t. Kyp. Disp. Physic-med. v. u. Matt. XII.*  
*34. Luc. VI. 45. x. Grubbs pen. proverb.in-*  
*der. mun. y. Psal. XXXIII. 15. conf. Hacksp*  
*Not. Philol. part. II. p. 151. z. Rom. X. 10.*  
*B. Gerb. L. c. de justif. §. 74. a Hackspan*  
*Not. Philol. part. III. ad Marc. VII. 21. b:*  
*D.D.Ters. in Gen. XXXI. 20. c: D Hutter.*  
*in explicatione lib. conc. art. III. p. 349. d:*  
*Kyp. Disp. Physic-med. vi. §. 3.*

hominis motus continentur e; cum spē-  
cialiter , ratione motus voluntarii , qui  
a voluntate oritur: & hæc videtur in cor-  
de ratione instinctus, (prout quando cum  
electione est f, in cerebro) tamquam in  
subjecto inhæsionis collocari debere. Ista  
enim animæ humanae facultas , prout  
pluribus actibus communis , unico vero  
sola producendo insufficiens est; ita mo-  
tum organorum locutionis , secundum  
intellectus modos peragendum ; dirigen-  
ti , ut caussæ particulari , illum adjun-  
git modum , a quo motus iste , ut o-  
mnis aliis a voluntate dependens actus,  
voluntarius dicitur ac liber ; ut ut , ipsa  
sermonis facultas exsecutiva , respectu vo-  
luntatis non amplius sit libera. Qua-  
re satis commode dici potest , cerebrum ,  
respectu imperij locutionem promoven-  
tis , organum manifestativum , in eo e-  
nim spiritus , calore excedente præditus  
temperatur , functionique aptus reddi-  
tur ; nec non secundum facultatis dire-  
ctricis ibi residentis arbitrium , cuius ve-  
hiculum est; in organa defluat g: cor

C

autem

e. B. Jac. Mart. Part. Theol. Disp. vi.  
§. 91. f. Scælig. Exerc. cccxxxix. i. §  
cccviij. 25. g. Kyper. Disp. Physico-med-  
vi. §. 18.

autem, organum istius originarium, cuius influxu & conspiratione, functiones istae in cerebro perficiuntur: voluntas enim, influit prius ad locutionis actum, jam exercendum, antea vero specificatum, (ut ita loquar): interim immedia-  
te se solum habet ad intellectum, sine quo nunquam est *b*, hunc secum tra-  
hit & ad collaborandum invitat, idque per simplicem consensum, nexus vel or-  
dinem, cum quo conjuncta, imperat  
statim facultati executivæ, dum hanc  
interventu spirituum, quibus ad suæ in-  
tentionis expletionem utitur *i*: adeo-  
que non immediate suscitat, ad fungen-  
dum officium, hoc est, ad contrahendum  
&c. musculum, quæ non segniter idi-  
psum exsequitur, nec diverso ab eo quem  
intendit directrix facultas, modo. Ex  
eo, pravarum quoque actionum caussam  
voluntati, assensioni & propriæ cujus-  
que electioni, originemque cordi adscri-  
bit *Spiritus Sanctus k*, tamquam sedi fa-  
cultatis, cui imperium (quamquam mi-  
nus proprie ita dictum) vel politicum,  
vel

*h. Scælig. Exerc. LXXVI. 2. vide apud eun-  
dem loca citata ex Aristotele. i. Scal. loc.  
iam laudato k. Tob. IV. 6. Ef. LXV. 12. Gen.  
VI. 5. II X. 21. Marc. VII. 21. 22. 23. Ec.*

vel herile ac plenum, in omnes alias, exercitium executionemq; actuum promoventes, est concreditum *l.*: ut quanto plenior esset consensus noster, propositumque firmius, tanto gravior foret nostra culpa, ex utroque autem justissimæ Dei iræ, illustrius haberemus documentum; & satisfactionis Filij magis redderetur conspicua dignitas ac excellentia, magisque deprædicaretur divina erga pœnitentes misericordia bonitasque.

XVIII. Videantur forsitan hæc ipsa prolixius, quam res locusve postulent, dicta esse, sed facile nie excusabit eorum necessitas, cum elegantem illam quæstionem

ac dea  
nique  
usus

C 2

stionem

*l. seq.* traditur hæc distinctio ab Aristotele lib. I. Polit. c. III. explicaturque fusius ab Heinsio in paraphrasip. m. 32. uterque menti sive intellectui civile istud adscribit, sed quo sensu, videatur Svarrez Tom. I. Metaph. Disp. XIX. Sect. VI. in primis t. IIX. utrumque a. imperium voluntati in ceteras facultates, respective, vendicatur ab eodem *l. c.* Sect. V. t. XI. seqq. Scalig. Exerc. CCCVII. 25. Hornei. Ethic. lib. II. c. III. n. 1. 2. 4. 7. seqq. c. IV. n. 4. 5. 6. 7. confer Theologos L. c. de lib. arbit.

stionem: *An certa quædam lingua, ita  
homini sit innata, ut si non usu addi-  
sceret maternam, illa naturali loquere-  
tur m?* alias feliciter expedire neque-  
lis ille? amus in qua hoc solum nunc specto,  
quod subjectum linguæ post lapsum re-  
spicit, & an ratione ejus sit possibile;  
cetera quæ in ejus explicatione occur-  
runt, utpote, de Adamo, an sit intelli-  
genda; & qua ratione nomina rerum na-  
turalia dicenda? progressui reservo, cum  
ex verbis nostris Mosaicis, *immediate*  
fluant. In primis observandum est,  
non hic de potentia vel facultate lo-  
quendi quæri, sed de duobus istis, illi  
in quacunque lingua superadditis. Ho-  
minem autem recens natum, seclusum  
que ab omni consortio humano & lo-  
quelæ usu, vel inter mutos educatum,  
cum annis tandem, certæ alicujus lin-  
guæ exercitium adquirere, impossibile  
esse existimio: siquidem pendet hoc ex  
facultate intellectiva, prout hæc, adce-  
dente & movente voluntate, novit per  
facultatem dirigentem, executivæ opera-  
uti, (ut nunc id ipsum explicatum est,) id-

quod  
nega-  
tur,

que

m. in hunc modum statum controversie  
format Besold. Discurs Philolog. de ling.  
ortu &c. §. 12. p. 38.

que non nisi per modorum quorundam expressionem, exprimere autem illos sat agit homo, prout possumus, & conceptum pandere, quo nunc anima est affecta *n*; & audientem in ejus notitiam deducere, unde enascuntur voces, talis autem in his est processus: *res* speciem suam generat in animo, & intellectus specie illa-informatus, instituit *vocem*, unde passio animæ, species est rei, & vox significans ad institutionem intellectus, sic formati, dicit notam passionis quæ est in anima, & eadem ipsa vox instituta, efficitur *signum* & similitudo rei, in eo qui audit, unde quod est nota passionis in ore dicentis, est signum & similitudo rei in aure audientis, sic ergo voces sunt notæ earum passionum, quæ sunt in anima *o*. Quamvis autem per species quas res in intellectu generavit, rem habuerit cognitam, iste parvulus, non potest tamen, de hac re, communicare alteri conceptum, quia ipse nescit modos istos, vel voces, quibus alij eundem manifestant, & in rei

37

ex ad  
discens  
di mos  
do

C 3

istius

*n.* ut ex Platone loquitur Alb. Magn. log. seu Tom. I. de periberm. l. I. Tract. II. c. I. p. 242. *o.* fusius hac ipsa explicat D. Albert, l. c. p. 241.

istius notitiam deducere solent alios, vel  
ipsi deduci possunt. Sic si a nobis cu-  
jusdam nomen quæratur, quod omni-  
modo incognitum, quamquam persona  
ipsa notissima nobis esset, id tamen pro-  
ferre non possumus, sed ab externo ha-  
bitu quocunque describere illum incipi-  
mus, quod etiam surdi faciunt rem ali-  
quam significaturi, gestibus animi sensa  
demonstrant p. Quod etiam in puero  
quem ut exemplum hujus rei subposui,  
fieri observamus, nec ullam vocem si-  
gnificativam proferat, quia nullam au-  
divit q. Experimur præterea hoc ipsum  
in nobis dum infantes adhuc sumus,  
qui ins-  
servit  
auditus, quod per *auditum* excipiamus *voces* &  
*sonos*, eorumque *significationes* ex alijs  
*signis* dijudicemus r; quod ipsum quo-  
modo sit, *Augustinus*, ita suo monstravit  
exem-

p. *August.* libr. de *Magistr.* c. III. q.  
*Conf.* qui laudantur *Befoldo*. l. cit. p. 39.  
r. *August.* lib. de *magistr.* c. III. §<sup>x</sup>  
circa fin. Sc. confer *Arist.* *Problem* scđt  
XI. quæst. XXIX. item, *scrutin ingenii*  
*orum Huarti Hispani interprete* *Æscu*  
*lio*. *Dobreborano* c. XI. p. 291. quo refu-  
rat se ipse, absurditatemque *hypotheseos*  
offendit, quam in tota c. VII. in primis  
p. m. 181. 185. subponit.

exemplō, ut nemo melius, ita enim ille 39  
s: Nonne ab infantia huc pergens, veni  
in pueritiam, vel potius ipsa in me ve-  
nit, & successit infantiae? Nec discessit  
illa, quo enim abiit? Et tamen ita non  
erat. Non enim eram infans, qui non  
farer, sed jam puer loquens eram, &  
memini hoc, & unde loqui didicerim,  
post adverti. Non enim docebant me  
maiores homines, præbentes mihi verba,  
certo aliquo ordine doctrinæ, sicut pau-  
lo post litteras: Sed ego ipse, mente quam  
dedisti mihi Deus meus, cum gemitibus  
& vocibus varijsque membrorum motibus,  
edere vellem sensa cordis mei, ut volun-  
tati pareretur, nec valerem que volebam  
omnia, nec quibus volebam omnibus pren-  
fabam memoria, cum ipsis appellabant rem  
aliquam, & cum secundum eam vocem,  
corpus ad aliquid movebant, videbam &  
tenebam hoc ab eis vocari rem illam,  
quod sonabant, cum eam vellent ostende-  
re. Hoc autem eos velle ex motu corpo-  
ris aperiebatur, tamquam verbis natura-  
libus omnium gentium, quæ sunt vulta  
& nutu oculorum, ceterorumque mem-  
brorum actu, & sonitu vocis indicante

C 4

affe-

s. lib. I. confess. c. IIX. Tom. I. p. 68.  
edie. Eras.

affectionem animi, in petendis, habendis,  
reijclendis, fugiendisve rebus. Ita ver-  
ba in varijs sententijs, locis suis posita,  
& crebro audita, quarum rerum signa  
essent paulatim colligebam, measque  
jam voluntates edomito in eis signis ore,  
per hæc enunciabam. Sic in his inter  
quos eram voluntatum enunciandarum  
signa communicavi, & vitæ humanae pro-  
cellosam societatem altius ingressus sum,  
pendens ex parentum auctoritate, natu-  
que majorum bominum. Hæc verba,  
quamvis prolixiora sint, tamen tanto  
libentius ea adscribere volui, quanto  
certius scio, neminem vel meliora ad-  
ferre posse, vel de se puer ea negare  
velle, quæ de sua pueritia tantus vir non  
dubitavit commemorare.

XIX. Hoc ipsum quoque, commu-  
nis addiscendi modus verum esse probat,  
nec nisi sensu *auditus*, voces sciri posse  
haec tenus creditum est. Singulare proinde  
est, quod de *Nobili quodam Hispano* scri-  
bitur t, qui a nativitate tam surdus fu-  
isse perhibetur, ut ne intensissimum qui-  
dem sonum percipere posset, auditu e-  
nim

t. refert *Historiam Kenelm. Digb.* in  
*Demonstr. immort. anim. tract. I. de nat.*  
*corpor. c. XXIX. num. II. p. 324. seqq.*

nim orbatus, in eo ut in alijs usus linguae suspendebatur, nec opera Medicorum ad minimum juvari potuit, desperatum proinde iudicabant omnes, tamen tandemque Sacerdos quidam, usum linguæ ipsi dare tentavit, nec minus videbatur temerarius ausus, quam felicem postea eventum esse, omnes cernebant. Arte enim & labore ejus post paucos annos, factum est, quod nobilis iste juvenis, non modo distincte aliorum percipere voces: sed & conveniens reddere responsum potuit; idque (pensantiibus Deo & natura damnum defectumque unius membra, vel sensus, vigore pollutaque alterius u:) *beneficio visus*, excipiente illo, motum partium oris, in vocibus formandis, dijudicavit postea intellectus, quam protulit alter vocem, ita ut ne minimus requirebatur sonus ab eo, ut illam perciperet, modo ejus absentiam, supplebat lumen, sine quo quæ alter loquebatur, scire non valuit. Verum, ut ut hæc ita se habere possint, potior tamen in hac re *auditus* est, quantum autem *visus* facit quamque pos-

C 5 sibile

u. Exempl. vid. in Hist. rer. Spec. D. D. Loccenij in vita Ol. Skottk. circa finem p. 64. seqq. Et.

42 sibile hoc sit, optimè judicare possunt illi, qui librum, in quo artificium suum Hispano idiomate detexit Sacerdos ille, legerant, cum vix dicere possim, hæc a Digbæo ad firmandam suam de auditu hypothesin, conficta esse.

XX. Cum autem utrumque addiscendi medium, in *pueris* istis, qui a *Psammeticho* Ægyptiorum Rege, Pastoriciudam tradebantur in deserta casa reservandi, educandique, iisque interdicebatur auditu alicujus vocis, desideretur, proinde quod illi, exacto bimatus spatio, *Phrygum lingua panem poscerent*, voce quæ illis æque ac *Phrygibus* esset significativa *x*, eundemque conceptum repræsentativa, non ego primus, fabulosum arbitror; ex illa ratione, quam modo dedi, idque eo facilius, quo *Herodotus* ipse, a quo hoc memoriæ litterisque proditum est, expressius fatetur sibi hujus rei auctores fuisse *Sacerdotes Vulcani*, qui *Memphi* erant, nobisque in credendis hisce illam reliquit libertatem, quam ipse in scribendo, absque verorum delectu usurpavit, hæc quidem inquit, rum ab Ægyptijs relata sunt, quæ cunque credibilia videntur, is eius utatur;

Mibi

*x. Herodot. l. II. Eurerp. p. 39. Edit. Steph.*

Mibi autem in omni sermone sive narra- 43  
zione constitutum est ea scribere, quæ au-  
ditu cognovi y. Qua ratione & ipse a-  
pud cordatos excusatur z, defenditur  
que & contra eos, quibus sœpe erat sive  
sublesta b; & ego omni curiosa disqui-  
tione defungor, quam alij instituunt,  
quærentes: an ex capris pueri vocem il-  
lam didicerint c? crediderint ne ex vo-  
cis istius prolatione Ægyptij sermonem  
esse homini a natura datum d? vel an  
hanc excogitantes fabellam aliam ac ve-  
ram respexerint historiam, scilicet: pri-  
mam mundi infantiam, ea usam fuisse  
lingua, in qua panis *bec* nominabatur e?

XXI. Missam nunc facio ulteriorem  
causæ efficientis in sermone considerati-  
onem, & ad ceteras in eo causas progre-  
dior, quæ quanto minus habent in se dif-

C 6   ficiul-

y. *Ibid.* lib. II. n. LX. z. conf. *Voss.* de  
*Hist. Græc.* lib. I. e. III. p. 15. a. Legatur  
*Apolog.* *Henr. Steph.* pro *Herodot.* b. et  
numerat hos *Hilpert.* *Disq. de Pra-Ad-*  
*dam.* c. IV. §. 6. p. 198. seq. c. *Alsted,*  
*Encyclop.* l. XIII. *Pbys.* part. VI. c. VII.  
reg. 8. p. 765. d. *Gorop.* *Becan.* *Orig.*  
*Antwerp.* præfat. ad *Reg. Hisp.* *Philipp.*  
II. post med. *ibid.* lib. V. *Indoscytic.* p.  
551. seq. e. *Idem locis citatis,*

44 ficultatis, & in verbis nostris explicandis  
utilitatis parum, tanto brevius expedi-  
re easdem hac vice possum. *Objective*  
*2. mate-* autem ad sermonis productionem facit  
*rii ser-* omnis res, quæ ab intellectu humano  
*monis,* concipi potest, proinde versatur sermo  
*circa* circa eas tamquam *significabilia*, circa  
*quam* modos autem quibus conceptum de illis  
exprimere conamur, ut signa f. *Consti-*  
*tutivo* tamen modo ad sermonem con-  
*ex qua* currit alia remote, alia vero proximius.  
Verum ut in principijs constituentibus  
nullum latius est quam *aer*; ita nec re-  
motius aliud aliquod ad sermonem fa-  
cit, *ipse enim nobiscum videt*, *nobiscum audit*, *nobiscum sonat*, *nihil enim*  
*eorum sine eo fieri potest*, ut loquitur Ci-  
cero g: nec tamen in actionibus istis eo-  
dem modo se habet aer; in sermone enim  
non tantum ut medium excipiens requi-  
ritur, quo officio in visu fungitur, sed et-  
iam ut tale quid, ex quo ipse sonus fiat h:  
quem quoque edit dum in collisione,  
mutua-

f. *Conf. August. lib. de Magistro*, per ro-  
tum fere, *Albert. Magn. in Loc. ad Thes.*  
*xix. cit.* & ipsam *Thesin. g. l. ii. de nat.*  
*Deorum. §. m. 83. h. Sennert. Physic. lib.*  
*vii. c. iii: p. 574. seq. Arist. Problemata.*  
*Sect. xi. quest. 6.*

45

mutuave percussione corporum solidorum, concavorum lœviumque *i*, agitantur vel rumpitur, sic e pulmonibus festim attractus erumpit & quia glottide liberior impeditur exspiratio, laceratur, adeoque *strepitum* facit, eumque prout majore vel minore vehementia expellitur varium, qui *sonus* ad interioris oris partes per organa adlisis articulatusque, ut supra indigitatum est, variarum litterarum efficit *sonum*: ex his sonorum modis componuntur *syllabæ* quæ proxime constituunt *verba*, hæc vero sermonem. Dicuntur autem voces istæ verba, (frustra attenduntur hic definitiones Grammaticorum) præcipue respectu *materialis*, quod in ijs est ipse sonus articulatus, qui quoniam aures *verberat*, ita dici meretur, unde *verba sonantia* k, & servus: *bona verba quæso* l, cum tamen senex multa nomina dixisset: quatenus autem adcedentibus intellectu & institutione, *animo* voces *noscenda* sunt, *nomina* 3. 78  
dici possunt, quia earum formale, nihil aliud est, quam vis *notificandi*, seu significandi imagines, rerum mente conceptas,

- i. Arist. lib. II. de anim. c. IIX. Probl. secl.  
xi. Q. 7. 8. Sc. k. Cicer. de partit. Orat. §. 53. l. Terent. Andr. Act. I. Sc. II.

formas  
lis

ptas, & voce efférendas *m*, quæque complexione certa ordinatæ formalem rationem sermonis habent *n*. Ex istis autem constare sermonem nulli dubium est, cum nulla sit locutio; absque sono articulato, & proinde alij modi manifestationis, conceptuum, qui absque illo sunt, non mereri nomen veri sermonis, præcipue humani, arbitror, interim non nego, rem aliam *vehiculum* posse fieri cogitationum, de homine in hominem, modo scindi queat, in differentias, explicandas notionum varietati aptas, perceptibileisque sensui *o*; assumpta quoque sit vel ex *congruo*, ut *hieroglyphica*, quibus usi primum sunt Ægyptii *p*, vel (ut Goro-

*m.* conferatur *Aug.* lib. de Magist. c. iv.  
*Gv. Alb. Magn.* lib. i. periherm. tract. ii.  
*c. I.* cum *Alsted. Encyclop. Phys.* part. vi.  
*c. VII. Reg. 8.* n. conf. quæ. *Stob. Serm.*  
*LXXIX. p. 470.* *Albert. l. c. c. II. p. 243.* *E*  
*lib. de predicabil. tract. i cap. v. p. 6.* *E* 7.  
*D. Baco Verulam de augment. scient. VI*  
*c. I. p. 414.* *p. Tacit. Annal. lib. XI c. XIV*  
*prodidit quoque Horapollo Niliacus,*  
*gioria nulli veterum doctissimorum Gram-*  
*maticorum secundus, (reste Suida) Ægy-*  
*ptio sermone, sacras ejusdemmodi sculptu-*  
*ras, Philippus quidam græco, latinoque*

Goropio placet) Phryges q, iisque sensa animi significabant, haud aliter quam nos adhuc *gestibus*, qui sunt ut hieroglyphica transitoria, & veluti verba prolati volant, scripta manent, ita & his expressa signa transeunt, illis vero sculpta, depicta & incisa durant r: utrinque tamen aliquid cum resignata subest similitudinis, ut ex congruo significare dici possint, distinguique ab ijs quæ ad placitum solum & ex instituto hoc est absque fundamento, aliquid indicant: qualia sunt litterarum elementa, quæ solum consuetudine, tamquam tacito recepta sunt pacto, & omnis fere gens nunc habet, quamvis non eadem s; nec ab æterno t. Peperitque illa, ratio hæc, ut notatis

47

postea plures, edidit illas Hæschelius An MDVC. & in Notis ad lib. I. p. m. 168. ex Diodoro Siculo, Plinio, Plutarcho & alijs, Ægyptijs vendicavit, idem fecit Gyrald. Dialog. de Hist. Poet. Tom. II. p. m. 13. Alsted. Encyclopæd. lib. XXLV. Sect. XIV. p. 2324. & Sect. XVI. Reg. I. q. in suis Hieroglyphicis lib. II. p. 28. seq. Eccl. Baco de Verulamior. l. cit. p. 416. confer Goropij librum jam laudatum Eccl. s. Gyrald. loc. cit. p. 5. & 6. Eccl. c. quod contr. Plinium & alios ex Iudeis pluribus

notatis sic oris ac linguæ sonis omnibus,  
atque discretis, eorum ut absentium, ver-  
ba legeremus, quos præsentes audire,  
nec possumus *u.*, nec volumus *x.* Es-  
sentque tacitæ, tenues & obscuræ volun-  
tatis notæ *y.* Nec non characteres reales  
qui nec verba nec litteras sed res & noti-  
ones exprimunt, in usu tamen sunt, a-  
pud gentes, quæ regnum Chinense,  
ceterasque provincias ultimi orientis,  
incolunt, qui quamquam linguis discre-  
pantes sunt, sedibusque disjuncti, hujus-  
modi tamen characteribus consentien-  
tes, eorumque communione jungun-  
tur; scriptis enim ijs, non solum ea quæ  
volunt, communicant, sed integrlos  
conficiunt libros, quos quisque bene,  
patria lingua legere & reddere potest *z.*

& 4:  
finis

XXII. Ultimum jam in sermone con-  
siderandum, quod tamen ratione digni-  
tatis

tradit D. Thom. Bang. cæl. orientis exerc.  
*i. Q. i. G alibi Sc. u. Aug. lib. ii. de*  
*ordin. c. XII. conf. quæ ex alijs adducit*  
*Stobæus Serm. LXXIX. p. 468. seqq. x. ob*  
*quinque cauſas, quæ sub alio relationis*  
*termino huic referri possunt ex Cl. Scheff.*  
*lib. de stylo. c. i. n. 2. y. Cic. lib. II. de*  
*invent. §. 141. z. legatur de hac re Bac.*  
*de verulam. l. cit. p. 415.*

tatis & intentionis, primum est, scilicet finis ejus. Eum autem Augustini verbis explicabo: Namque illud, inquit, quod in nobis est rationale, id est, quod ratione utitur, rationabilia vel facit vel sequitur, quia naturali quodam vinculo, in eorum societate adstringebatur, cum quibus illi erat ratio ipsa communis; nec homini homo firmissime sociari posset nisi colloquerentur; atque ita sibi mentes suas cogitationesque quasi refunderent; vident esse imponenda rebus vocabula, id est, significantes quosdam sonos: ut quoniam sentire animos suos non poterant; ad eos sibi copulandos sensu quasi interprete utercentur a. Alibi vero eundem specialius tradere videtur, probando: aut docendi aut commemorandi causa, esse institutam locutionem b.

XXIII. Prolabor nunc quidem ad tertium illorum quæ in lingua spectanda sunt, respectum illum, quem ratione usus, ad hunc vel illum populum; & ratione suarum proprietatum, in se quævis habet lingua: verum, cum illum ostenderint tractaverintque sufficienter D multi

a. Lib. II de ordin. c. XII. b. Lib. de Magistro c. I. & VII.

Transi-  
tio ad  
propo-  
sitorum  
verbo-  
rum  
consi-  
deratio-  
nem di-  
rectam

multi, cum singulis in linguis singuli, tum in nobilissimis illarum speciebus alij c: Nec tam hic locum habeat, quatenus primigeniae linguae ortum, vel Nomenclatorem primum, nunc *solum* considero; nisi ubi ex occasione, quædam de *Hebreæ*, (quæ quamvis fuerit primigenia, non tamen per istam denominacionem, respectiva facta est, prius quam post confusionem Babylonica, & per eandem, potius quam ex *transitu* Abrahami d:) dici possunt & debent. Cumque præterea de instituti ratione, propositæque brevitatis admonear: iam ad verba Moysica redeo, idque eo commodiore via, quo plenius ea in antecessum dicta sunt, quæ subsequentem tractationem, vel impedire alias poterant, vel nunc facilitare possunt, ut passim usus eorum in progressu ostendat.

XXIV.

c. Excell. D. D. Enevaldus, *Præses ac Præceptor meus honoratissimus*, in *Gymnas. capiend. rat. hum. Exerc. IV. V. VI. VII.* qui instar multorum in hac refit. d. D. D. Calovius *Crit. Sacr. Tract. II. Membr. III. §. 40. scqq. p. 307. seqq. Contra, Sel-*  
*denuis in de Diis Syris Prolegom. c. II. p. m. 13. & recentiores alij, quos adducit & refellit D. D. Ters. in Gen. XI. I.*

XXIV. Supra indigitatum est verum  
sermonis subjectum, & ex verbis nostris  
deductum, in quibus ita Moses: *Adam*  
*inderet animalibus nomen, appellavit-*  
*que Adam &c.* Intelligi autem his ver-  
bis, *primum hominem a Deo creatum,*  
*totum caput, post descriptionem Para-*  
*disi e ostendit; eoque nomine, tamquam*  
*proprio f nominari certum est, non*  
*obstante particula emphatica, quam &*  
*alibi g, nominibus locorum persona-*  
*rumque proprijs, quæ appellativa esse pos-*  
*sunt, præfixam esse observam⁹ h.* Quam-  
vis *id alias significet, vel totam speci-*  
*em humanam i, quam mas creatus in*  
*moralibus k, præcipue vero in nomi-*  
*num impositione, (quocunque enim no-*  
*mine vocaverit Adam animal quodvis,*

Primus  
homo

id ex

- e. Gen. II. 15. seqq. conf. I. Cor. XV. 45.
- f. D. D. Ters. in Gen. II. 19. I. 27. g. Gen.  
XXIII. 9. 19. Num. III. 21. I. Sam. XXVI.  
3. ḡ. XXIII. 19. h. conf. Hackspan. Not.  
Philol. part. I. in Gen. XXIII. p. 231. Mi-  
scellan. Sacrór. lib. I. c. x. §. 5. i. Eccles.  
III. 19. 21. ḡc. Ec. conf. Vatabl. in Gen.  
I. 26. Buxtorf. passim, Horring. Hist.  
creat. Q. XXCVII. p. m 257. seq. Hilpert.  
Disq. de præ Ad c. III. §. 7. ḡ. i6. k.  
Hackspan. in Gen. I. 27. p. m. 50: seq.

id ex intentione Divina , apud omnes posteros nomen esset ejus *l:* ) repræsentabat : quemadmodum ceterorum animalium non tam propria , quam appellativa erant nomina *m:* vel indefinite quodvis individuum *n;* vel etiam plenariorum quemlibet *o.*

*habuit* *cum fa-*  
*cultate* *ipsum*  
*exerci-*  
*tium*  
*natura*  
*liter;*

XXV. Ceterum , proponit hic *Adamum* Moses , non solum *vi loquendi* , potentiaque præditum , ornatumque requisitis reliquis , quæ in caussa efficiente requiri , supra ostendi ; sed ad ulterius exercitium illam ipsam *divæ puer* , ordinantem : Hoc autem fueritne *possessio-*  
*ne ipsa naturale* ac immanens , an ve-  
*ro supernaturale* quoddam , & mira-  
*culosum* donum Adamo communica-  
*tum* , infusumque , videtur majorem ha-  
*bere* difficultatem . Id ipsum quærerit quo-  
*que Antonius Hulsius p* , ac posterius af-  
*firms* ; probasse vero se existimat hisce  
*verbis* : *Deum Opt. Max. in prima rerum  
creati-*

- 1. *Gen. II. 19. m. Fridlib. Obs. Bibl. class.*
- 1. *in Gen. II. 19. n. Lev. XIII. 5. conf.*
- Hacksp. in Gen l. I. p. 32. o. Psalm. XLIX.*
- 3. *& XXII. 7. Job. XXXI. 33. Hos. VI. 7.*
- conf. Hotting. l. cit. Hilpert. Disq. c. II.*
- §. 16. §III. §. 6. p. in indice ad orat. de-*
- ling. Hebr. Q. I. §III.*

creatione, hominem condidisse animal rationale & loquens, adeo ut sermonis articulati usum, non labore & arte, con gente necessitate, homo tandem sibi ad quisiverit, & proprio marte effinxerit, sed ab ipso Deo naturæ infusam loquendi facultatem habuerit, ac proinde vel ipso peractæ creationis die, distincte & articulate locutus fuerit, aut saltem loqui potuerit; non puto ullum ex nobis esse, qui inficias ire seu velit seu possit q. Et paucis de indifferentia istius facultatis, ad quamvis linguam interjectis; tertio loco hoc quoque ratum & fixum esse vult: Illam ipsam linguam, qua primus homo, mentis suæ sensa expressit, non fuisse ab ipso homine efformatam aut inventam, sed quemadmodum naturam, ad omnes omnino linguas habuit indifferentem, sic quoque inter omnia illa Dei dona, quæ divinam in homine imaginem exacte referebant, & illud rependum esse, quod cum Creatore suo sermones serere, & in eadem lingua, qua ipsum adloquebatur, absque ulla prævia institutione, ex tempore ei responderem posuerit, adeoque sanctissimum hoc idioma, ex ista, quam cum Deo habuit con-

D 3

suetu-

q. in ipsa oratione p. 7.

fuetudine, familiare homini redditum, deinceps apud posteros, homine iam in peccatum prolapso, inter amissæ divinæ imaginis ruderæ, adhuc extiterit. Sic itaque palam sit, illam neminem præter ipsum Deum habuisse auctorem r.

XXVI. Verum non solum adsensum nostrum hic suspendimus, secus quam persuasum sibi habet D. Hulsius; sed & de dictorum veritate dubitamus, neque sine ratione, ut postea videbimus, cum in ijs præter id, quod ibi confundatur facultas loquendi, cum sermonis articulati usu, (utrumque infusum absque discrimine dicit:) etiam alia minus commode adserta sint. De isto autem sigillatim nunc primum dico, ut antea quoque probavi, omnino distingui facultatem loquendi, ab usu articulati sermonis: illa enim homini, positis requisitis cum exterioribus tum interioribus, per naturam consecutive, necessario, & ut proprium quarti modi s. inest; nec alio sensu videtur hic accipi posse, cum secundum hunc nostrum, indifferens tantum in Adamo, ad quamlibet linguam fuerit, ut & ipse vult in jam allatis verbis

r. ibidem pag. 8. s. conf. Aristat. v. Top. c. i. Scheibl. Log. Part. II. c. IIX. n. 73.

bis: hic vero post lapsum non natura- 55  
lis, sed per institutionem usumque ha-  
beri solum potest  $\tau$ ; quamvis in primo  
homine *connaturalis*, non tamen *conse-  
cutive* prout ipsa facultas, sed alia rati-  
one, quod ipsum ductu, & ex mente  
Theologorum nostrorum breviter expli-  
cabo, ut eo melius possim rationibus,  
aut potius quæsitis D. Hulsijs facere satis.

XXVII. Id autem tamquam pro da-  
to & ab ipso quoque concesso, primum  
subpono, *imaginem Dei* seu *justitiam*  
*originalem*, fuisse primo homini *natu-  
ralem*, & in se comprehendere *natura-  
lem perfectionem* totius hominis, omni-  
umque ejus facultatum, bonamque af-  
fectionem, omnium potentiarum ani-  
mæ, & inter se, & in ordine ad suos cu-  
jusque actus, per quam Deus fecisse ho-  
minem rectum  $\pi$  dicitur  $x$ : nec in eo  
a nobis dissentire scio Hulsiū, sed quod  
potius fundamentum articuli, de *ima-  
gine Dei*, cum suæ sectæ Doctoribus illæ-  
sum relinquat  $y$ , spero. Quamvis si hoc

D 4 non

$\tau$ . Arist. *Histor. animal.* l. IV. c. IX. in fin.  
 $\pi$ . Eccles. VII. 30. x. B. Meissner. *Anthrop.*  
Dec. I. Disp. II. §. q. conf. quæ ex Franc.  
Cariere adducit D. D. Calov. Tom. IV. Syst.  
Theol. Art. II. c. I. p. 418.  $y$ . hoc promit-

non esset, id etiam, non difficulter probari possit: Habuit quippe homo id ipsum quod ad imaginem, sive similitudinem Dei, factus *z* fuit, per creationem, & sicut per eandem, cetera animalia *naturaliter* gaudebant, conformitate quadam, cum genere suo, juxta quod creata & facta erant *a*; ita ratione prorsus simili, *naturalis* dicenda, conformitas illa cum Deo, quam in imagine sibi concreata, ostendebat homo *b*: idque non solum per *naturalem* inhæsionem tamquam in *subjecto*, cui *similem* quoque dedit *perfectionem*, nec non prout *naturali* propagatione in posteros *transire* potuit *c*; sed & quia *originis erat naturalis d*: quo sensu & originalis malitia, quæ *justitiæ originali succedebat e*, dicitur *naturalis*; quia cum *essentia & natura hominis*

*tit Wendelin. Collat. Doct. Reform. § Luth. p. 7. z. Gen. I. 26. 27. &c. a. Gen. I. 21. 24. 25. b. Ita colligit B. Meisn. Anthropol. Dec. I. Disp. II. Q. II. §. 5. c. hos tres modos recensent: B. Gerh. confes. Cathol. I. II. part. III. art. XX. c. II. (citante Drey. Diduct. p. 202:) B. Meisn. I. c. §. 3. D. D. Calou. I. I. c. II. p. 602, 608. d. D. D. Ters. in Gen. I. 26. p. 9. e. B. Gerh. L. c. de pecc. Orig. §. 79.*

hominis trahit ortum f; & nos ipsi, (sic-  
uti primi parentes, per naturam & gra-  
tiam g, videlicet creationis h, filij Dei  
dicebantur,) natura filij iræ i sumus,  
cum ab ipso ortu peccatis adfligimur k.

XXVIII. Si iam hisce modis, imago proba-  
Dei in primo homine fuerit naturalis,  
& ipsam naturalem, naturæ perfectio-  
nem comprehendat l, utique per eos-  
dem tale censemur erit exercitium ser-  
monis m: quod in eo ut consequens vi-  
rium naturalium fuit, quæ integerrimæ  
ac perfectissimæ in omnibus corporis  
membris & potentijs animæ erant n, ac  
in perficiendis hisce omnibus, tam infe-  
rioribus, quam superioribus, primatio ac  
proxime, occupata erat justitia illa ori-  
ginalis o. Quamquam, non tantum non  
nego, Adamum absque labore, faculta-

57

adeos  
que  
absque

C 5

tem labore

f. B. Meisn. l. c. Disp. vi. §. 43. g.  
Reverendiss. D. D. Laurel. Syntag. lib.  
III. loc. I. art. I. p. 136. h. D. D. Calov.  
Tom. IV. Art. I. p. 418. i. Eph. II. 3. k.  
D. Brochm. Tom. I. de pecc. Q. XIII. p. 466.  
l. Svarez. Metaph. Disp. XXXV. Sect. I. t.  
10. m. Alsted. Encyclop. l. XIII. Phys.  
part. VI. c. VII. reg. 8. n. B. Chemn. Ex-  
am. Conc. Trid. part. I. de pecc. oringinal.  
p. 90. b. o. B. Meisn. l. c. Disp. II. §. 7.

tem hanc loquendi, in justum traxisse  
exercitium, cum in eo functio omnis,  
corporis animique, gravioris non erat o-  
peris ac muneris *p*; quod tamen de es-  
sential laboris est *q*: sed & incommode  
dictum arbitror: soporem illum Adami  
*r*, ex parte processisse ex magna con-  
tentione mentis, qua naturas omnium  
animalium dispexerat *s*: scilicet quod  
per hanc rationem, non minus labefac-  
taretur sententia sanctorum omnium;  
de perfectione Adami, ejusque sapientia,  
quam aperte contradiceretur expressis  
scripturæ verbis *t*, & omnium Theolo-  
gorum opinioni de non naturalis somni  
immissione *u*, ejusque gravitate *x*: Sta-  
tim vero, ex eo non sequitur; proprio mar-  
te, & arre illū non effinxisse articulati ser-  
monis usum, hunc que a Deo infusum  
esse. Cum illud, & iniquum sit in Ada-  
mum

ab hoc  
mine  
ipso  
produc-  
tum.

*p. Sap. I. 14. II. 23. confer quos laudat  
D. D. Calv. Tom IV. System. p. 400. seqq.  
q. definiente Cicerone Tuscul. Q. I. II.  
§. 35. r. Gen. II. 21. s. ita de somno isto  
philosophatur Thom. Angl. Append. Theol.  
de Orig. Mund. c. x. §. 3. t. confer. Gen  
II. 21. cum I. Sam. xxvi. 12. u. Bibl. No-  
rimb. B. Gerhard. in Gen. p. 58. D. D.  
Ters. pag. 13. item Piscator in b. l. p. 49.*

mum, quasi ille ipse, iam in tanta cre-  
tus perfectione, non potuisset eadem uti,  
illamque in hoc ostendere: *E*mpium in  
**Creatorem**, cuius veritas etiam nunc  
non minus in hoc consistit, quod creave-  
rit hominem valde bonum *y*, id est, o-  
ptimum *z*, ac omni ratione, perfectio-  
neque rectum *a*; quam olim in illo pro-  
ducendo, conspicua erat ejus potentia  
bonitasque. *Hoc autem incommodum:*  
usus enim articulati sermonis, prout ha-  
bitualiter considerari debet, non adnu-  
merandus habitibus infusis, quia illi re-  
bus jam præexistentibus infunduntur *b*,  
& stricte considerati, & ut per se tales  
sunt, saltem a Deo ut caussa extrinseca  
sunt producibles, & non per actus, o-  
perationesque agentis *c*: usus vero ser-  
monis ex perfectione naturali resultabat,  
hæc autem, mediante conjunctione cor-  
poris & animæ, per creationem facta,  
communicata, ita potius *concreatus* di-  
cendus, adsentiente *Hulsius* dum dicit:

D 6

Deum

*x. conf. Gen. xv. 12. Job. xxxiii. 15. E*qua  
ex Aben Ezra D.D. Terst. l.c. Francisc. Jun.  
in b. l. Hilp. Disq. c. III. §. xv. *y. Gen. i.*  
*z. 2. Hacksp. Not. Philolog. in Gen. i.*  
*p. 51. a. Eccl. vii. 30. b. D.D. Calov. syg.*  
*Theos. Tom. IV. c. II. pag. m. 601.*

*& non  
infus-  
sum.*

*Deum in prima rerum creatione, condidisse hominem animal rationale & loquens.* Nec juvat dicere: moram temporis intercessisse, inter formationem hominis de pulvere, & inspirationem spiraculi vitarum *d*; siquidem vero similius esse videatur, eodem temporis puncto, & corpus, & animam, & hominem ipsum esse factum, quia sine anima homo non est *e*; atque sic distincte a Mose, potius per condescensum ad nostrum capitum tradi *f*, quo melius nobis constet modus *g*, quam ad exprimendam aliam, & post formationem corporis alteram operationem *h*. Sed haec obiter, cum nec major, quam sibi proposuit

Hulsi-

- c. Svarcz. *Disp. XLIV. Tom. II. Metaph. Sect. XIII. t. VI. Scheibl. Metaph. l. II. c. IX. n. 153. seq.* d. *Gen. II. 7. IV. Esd. III. 5.*
- e. B. Jac. Mart. *cum Gregorio Nysseno, Damasceno, Augustino & Thoma, id affirmat, Part. Theol. Disp. VI. §. 64. seq.* & ejusdem corollar. i. f. B. Gerhard. *commentar. in Gen. p. 43.* g. *Piscat. in Genes II. Anal. Part. III. p. 39.* h. *Chrysostom. Augustin. Eugub. & alii, vid. B. Jac. Mart. loc. cit. & cum ijs ex recentioribus Thom. Angl. Append. Theol. de Orig. Mundi c. IX. §. 4.*

Hulsius, accuratio, mihi in verbis examinandis incumberet, nisi hoc modo concluderet linguam Hebræam, sermonemque primum *immediate* Deum habuisse auctorem, prout ultimis in jam allatis, verbis, suam mentem prodit.

XXIX. Ex eo autem, quod ipso creationis suæ die, bene & articulate loquutus fuerit Adam, non licet dubitare, quin ipse sermonis sui auctor extiterit, sed validius pro perfectissima imaginis ratione concluditur i. Illud autem certissimum est, cum ea, quæ in capite secundo Geneseos post descriptionem Paradisi habentur, præmittenda sint hisce verbis: *E*vidit Deus cuncta, quæ fecerat, *E*rrant bona valde k; quæ, ut sunt adprobativa totius operis divini, quod sex dirum spatio absolvebatur, & per anticipationem historicam l, in primo capite ponuntur, quod ex hoc fit manifestum, quia Deus ante creationem Evæ vidit, non esse homini bonum, solum esse m, illi autem præcessit nomenclatio n, & ut occasio ejus erat o, ita utrique subjungenda

i. D. Thom. Bang. Cæl. orient. Exerc. 1.  
Q. iii. p. 8. k. Gen. 1. 31. l. Hackſp. Not.  
Philolog. in Gen. 1. 31. p. 55. m. Gen. II.  
18. n. vers. 20. o. B. Gerhard. in Genes. II.

Ulterius  
evincit  
tur  
illum  
ipso  
creati-  
onis  
die

62 genda sunt, referendaque non solum ad  
quinque dierum opera, sed & sexti, quo  
modo evincitur, hoc die locutum fuisse  
Adamum. Ac proinde non solum habuit  
potentiam loquendi, sed & eandem mon-  
stravit, modo excellentissimo, ostendit-  
que facultatibus mentis suæ, *concreatos*  
*esse habitus*, in summo quem capere po-  
test homo gradum, & ad tantum digni-  
tatis, excellentiæ, & sapientiæ fastigium  
se enectum esse, quantum in hominem  
Solum in his terris cadere potuit p. Inter istos  
ex con- autem habitus, conspicuus erat maxime  
creato sapientiæ; quanto enim clarioribus ver-  
sapien- bis eundem, tamquam præcipuum ima-  
tix ha- bitu ginis divinæ partem, exprimit Aposto-  
lis, dum in renovatione εἰσ ἐπιγνωστιν;  
ad agnitionem, secundum imaginem  
Dei q, nostram cum primo homine in  
justitia & sanctitate veritatis r, con-  
formationem urget; tanto luculentiori  
specimine s, declaravit eum Adam; cum  
in convenientissima animalium ὄντων  
σια, de qua verba nostra Mosaica a-  
gunt, tum in aptissimi nominis inven-  
tione, quo uxorem suam, jam ex somno  
excit-

p. 57. p. D. Thom. Bang. l. cit. q. Coll.  
III. 10. r. Ephes. IV. 24. s. B. Gerk. l.  
e. pag. mihi 58.

excitatus, vocavit t, apposite enim dixit: *vocabitur vira*, (vel *virago* u, aut *virissa* x ut alij vertunt) quoniam de viro sumpta est. y quod vocabulum & significatione & forma z optimum est, nec mysterio carere videtur a. Nec defunct alij, qui sapientiae istius habitum innatum, primoque homini εμφυτον, & concreatum, alijs testimonijs probare conan-

t. Conf. B. Meisn. *anthrop.* Dec. I. Disp. I.  
 Q. vi. §. 8. B. Jac. Mart. disp. VII. §. 70.  
 u. August. de *Genesi contra Manichaeos*  
 lib. II. c. XIII. p. 857. *Vulgata. Arias Montanus, D: D Terser.* cum interpretatione hujus vocis, quam dedit Calepin & cum eo Hadrian Jun. in *Nomenclat.* p. 20. vel universalis non est, ut mibi ex versu Enniano a Cicerone adducto in offic. lib. I. §. 61. & Plaut. *Mercat.* act. II. sc. II. med. videtur; vel optime hic quadrat: conf. August. I. c. ut id non bene observarit Fridlib. X. Pagninus. *Vatub* t. significatione quidem optima, sed nullius auctoritate, latina est haec vox y. Gen. II. 23. z. ita illud commendat Francisc. Jun. in *Notis Episcator in Gen. II.* 23. defendit autem pluribus Beaman in de orig. L. L. p. 1144. a. Alsted. præcogn. Philos. Archelog. c. XIV. p. 59. in 8vo. edit,

64 conantur, utpote ex ruderibus imaginis divinae, novatis illis erroribus, homini post lapsum adhuc reliquis, quarum beneficio Deus & creaturæ etiam cognosci possunt b. Addunt & alij prædictionem firmitatis copulæ conjugalis c: idcirco relinquet vir patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori sue Gerunt in carnem unam d; quæ, quamvis ab Adamo sit prolata e, attamen ex instinctu Spiritus Sancti, quo ipso ostenditur, non tam ex concreata sapientia hoc istud illum novisse, quam ex ~~Georgio~~ & infusa illa f, supernaturalique quodam dono g, ac proinde hanc rationem non ut priores tres valere ad concludendum de habitu illo sapientiæ, concreato. Protulit præterea hæc Adam, non tam sui, quam totius posteritatis caussa; utrumque non obscure innuit Salvator dum

b. D. D. Calov. *System Tom. IV. art. II.*  
c. 1. p. 391. in *Theologia (strictè sic dicta)*  
*natural. & revel. lib. II. §. 70. p. m.*  
168. c. Hotting. *Hist. creat. Q. XXCIX.*  
p. 281. d. Gen. II. 24. e. Epiphanius contra Ptolemaidas cit. Jun. in *notis ad Gen. II. 24.* D. D. Terser. in *Gen.* p. 14.  
Piscator p. 50. f. D. D. Calov. loc. e  
*System. cit.* g. *idem loc. cit. c. II. p. 611.*

dum illam legem repetiit, & ab eo promulgatam dicit: *qui ab initio fecit masculum & feminam h.* Sicque Deo eandem, ut caussæ principali tribuit, cum ab Adanio, ceu præcone ὁ γαρ οὐκῶς prolata fuerit i, adeoque illi promulgatio ista, ut moralis caussæ, huic ut physicae adscribenda sit k; siquidem immediate subjungitur agnitioni & nomenclationi Evæ, ab Adamo factis l; conjungiturque cum verbis ejus, per ratiocinativas particulæ: *al-chen*; *idcirco*; quod si non esset, neutri illorum sed Mosi adscriberetur. Nec hoc infrequens est, sæpe enim Deus sibi vendicat, quod instinctu impulsuque ejus, prolatum est m; sic de Mosaica scriptura dicit Dominus: *scripti eis magnalia legis meæ n;* & verba Gabrielis ad Mariam, *dicuntur a Deo dicta o,* ut sic ex verbis Christi p; non erit incertum, an hæc ab Adamo, instrumentaliter prolata sint q.

## E XXX.

h. Matth. xix. 4. s. i. R. mus. D. Parenſ meus, Disp. Synodal. de imag. Dei Q. ix. k. Hackſpan. Not. Philolog. in Gen. II. 24. p. 79. seq. l. Gen. II. 23. m. B. Gerhard. ipſe hoc concedit Exeg. de Script. sacr. §. 24. p. m. 43. n. Hof. II. 12. o. Luc. I. 45. p. Matth. I. c. q. conf. Hackſp.

XXL. Erat nunc, tam perfecta *Adami sapientia*, ut verissime fuit, utique non impossibile existimandum, quin exercitium sermonis per habitualem quādā rationem haberet; & quidem *absque supernaturali lumine, diurna rerum observatione, vel ratiocinatione inspectio neque prolixia.* Illad ferio necessarium judicavit Alstedius r, supponunt etiam alii ejus necessitatem, vel ut loquuntur, statum illum merorum naturalium, ab illo supernaturalium mente præscindunt & seorsim considerant, tantummodo distinctioris cognitionis ergo s, & in hoc *solum*, res naturales & Philosophicas, longe perfectius & certius cognitas habuisse Adamum, quā nunc cognoscuntur, dicunt. Verum præter necessitatem: Cum & sufficiens fuerit illud quod habuit concreatum, & etiamnum non vulgarem rerum naturalium notitiam, sibi adquirere possint illi, quibus naturæ lumen solum, & quidem corruptum, obtenebratumque supereft, quam ob rem perfectiorem cognitionem negemus ei, qui illud habebat perfectissimum? Istā vero diu-

*loc. laud. r. in opere proxime citato, p. 60. seq. s. verba & loca eorum id. apud D. D. Calov. System. Tom. IV. p. 471.*

*Ex diuturnam observationem urget Soci-* 67  
*nus, statuitque Adamum rudem instar diuturna*  
*infantis vel pueri fuisse ex eo, quod nos na- obser-*  
*ipsi aliquid de nobis rebusve aliis non sevatio-*  
*nisi experientia ipsa, & rationibus, pro- ne,*  
*p per experientiam animadversis, ne ss:*  
*potuimus; & ut a Philosopho dictum e*  
*est; nihil est in mente sive intellectu,*  
*quod non prius fuerit in sensu. Opor-*  
*tebat igitur Adamum prius aliquid sen-*  
*sibus percipere, ex quo ad veram noti-*  
*tiam pervenire posset, nec hoc nisi ex*  
*observatione & experientia u. Verum*  
*hoc non minus ipsi historiæ ejusque ve-*  
*ritati repugnat, quam Theologiæ no-*  
*stræ ut probatum est, brevissimum enim*  
*tempus creationi hominis & nomencla-*  
*tioni animalium intercessit x; ad de-*  
*cclarationem enim sapientiæ, & dominii*  
*acce ti, multum intererat adduci sine*  
*temporis mora ad illum animalia & ab*

E 2

eono-

x. conf. Aristotel. lib. III. de amin. c. III:  
Galibi u. lib. de statu prim. hom. c. IV:  
ut Pruchnero laudatur in vindic. Bibl. p.  
24. ad verbâ nostra conf. D. D. Galov. sy.  
stem. Tom. IV. cap. I. p. 393. Q. II. p. 495.  
Fridlib. Observat. Bibl. ad Gen. II. clas.  
III. x. B. Meissn. Anthrop. Dec. I. Disp. I.  
Q. VI. S. 8.

68 co nominari. Per ratiocinationem autem  
ratio*c* prolixam id factum esse is ipse vult, qui  
natio*n*e pro*lixa* homines ante Adamum & multa retro  
sæcula existentes, hoc primum sæculo  
ecerebro suo progenuit produxitque,  
*Isaacus Peyrerius Gallus* y. Urget in pri-  
mis hoc verbum *vidit*, hoc est, ut adpo-  
site quæque nominaret Adam, in qua-  
libet adpellatione ratiocinatus est, id est  
exercuit mentis operationes illas, quæ  
discursu & tempore distinguuntur z. Sed  
ut nihil præsidij habet in verbis nostris,  
cum τὸν videret non ad Adamum sed ad  
Deum referendum sit, adduxit enim ad  
Adamum ad videndum, (LXX. οὐδὲ γῆ-  
γεννούσης αὐτὰ πρὸς τὸν ἀδέπτον, ἵδεν  
αὐτὶ καλέσει αὐτὰ;) hoc est, ut i-  
psim e*y.*

hoc nomine illum prodidit D. Thomas  
Bangius cœl. orient. Exerc. II. Q. IX. p.  
132. cum illi ipse Hafniæ An. XLV. Mss.  
suum tradiderit, ut testatur p. 134. l. c.  
Ubi simul VII. Doctissimorum virorum scri-  
pta recenset, que ei ut anonymo opposi-  
ta sunt, & quidem uno anno, adducit  
eadem Pfeiffer in Dissert. Philolog. VI.  
assert. I. p. 121. z. hæc verba ejus in system.  
Theol. I. III. c. III. quæ legas apud Hiltz  
pert. in Disquis. c. III. §. 15. p. 133. ac  
conf. Gen. IX. §. & XI. §.

*ipsem* Deus videret, (non visione oculi, sed adsecutione intellectuali *b*, nec non voluntaria complacentia & adprobatione *c*;) quo nomine unumquodque nominaret Adam: ita parum quoque veritatis in se habet ejus sententia. Ecquid enim? annon si Adam ex principiorum obscurorum, cum rebus & signis comparatione, debuisset successive ratiocinationis opere, componere, dividere, concludere ac determinare, quidquid in rebus divinis vel humanis, adsequuturus esset *d*, amplius non dicenda esset *sapientia* ejus *habitualis naturalisque*? sane id foret, quod tamen saniores Theologi omnes affirmant. Nec habitus esset, sed potentia nuda, quæ post lapsum considerata, semper in operationibus, adjunctum sibi que superadditum habitum requirit, ut principium operativum facilitans *e* ac inflectens *f*: ante lapsum vero, cum

E 3 nullo

*b.* vid. que ex Maimonid. More. Nevoch. refert Horring. Hist. creat. Q. XXLIX. p. 62.

*c.* Gen. I. 10. Et c. vid. Horring. l. c. p. 63. d. Alsted. loc. cit. expræcogn. Phil. e. Scheibl. Metaph. lib. II. c. IX. Tit. IV. art. II.

*f.* Gerulfus. Exercit. Academ. in Organ. Aristoteles. Diatrib. I. num. I. §. 12.

nullo momento temporis destituta füe-  
rit potentia naturalis suo habitu, non  
opus est, ut ea distinguamus multo mi-  
nus hunc ei negemus. Ecquid ita?  
quia, si Adam per propriam operatio-  
nem *deum* habitum illum acquisivisset,  
urique sub finem diei sexti, operisque to-  
tius, non bene concluditur: *vidit Deus*  
*cuncta quæ fecerat, & erant valde bona*  
*g*, cum sic habitum sapientiæ Adamo  
non concreasset, nec in ejus operum  
numerum adscriberetur ille, sed homi-  
ni tribuendus, & hæc foret conclusio:  
*vidit Deus cuncta, que & ipse & ho-*  
*mo fecerat, & erant bona valde, quæ*  
*aescio an magis impia sit, quam absur-*  
*da b.* Ex his patet (ut & hoc addam) dif-  
ferre sapientiæ habitum in *Adamo*, &  
*posterioris ejus, non solum gradibus, sed*  
*& caussis, illi tam perfecte erat concre-*  
*atus, ut data occasione non potuerint*  
*non sibi eandem, actiones optimæ,*  
*ex præcipuis affirmativis, (ex negativis*  
*autem, non actio sed intermissione ma-*  
*li requisita, illico locum habuit post*  
*creationem in homine, cuius cordi in-*  
*scripta erat lex naturæ, quam postea*  
non

71

non minus violavit, ac positivam illam  
de abstinentia ab arbore scientiae boni  
& mali i:) ortæ, ut idipsum exempla k  
dictaque scripturæ l probant. In his  
non nisi repetitis actibus, eorundemque  
iteratione possidetur. Si autem ipsis  
contigerit aliquando minore eum mo-  
lestia, sit id per accidens, prout habitus  
scientiæ linguarum in Apostolis m,  
quem tamen sua potuissent adquirere  
industria. In primo vero homine erat  
naturalis n. Par ratio est in notitia  
rerum aliarum.

XXLI. Existimat autem D. Hylsius, non modo per infusionem, Adamum  
seu primum hominem habuisse articula-  
ti sermonis habitum usumque, sed &  
sanctissimum illud idioma, ex ista, quam  
homo cum Deo habuit, consuetudine,  
familiare ei redditum o. Verum quam-  
quam in precedentibus istam infusio-  
nem incommodam esse probaverim,

E 4

meam-

i. verba sunt. D. Hackspani loc. cit. k  
Gen. II. 20. 23. l. Coll. III. 10. Eph. IV. 24.  
m. Act. II. 4. seqq. n. Hacksp. l.c.p. 54.  
o. idem sentiebat Jacob. Boulduc. lib. I.  
c. I. de Eccles. ante Mosen, cuius verba  
babet D. Thom. Bang. Cæl. Orient. Ex-  
erc. I. Q. III. p. 10. seq.

meamque in explicanda Idquela Dei i-  
gnorantiam fassus fuero, tamen videor  
mihi non statim concedere posse, quod  
hic subponitur; familiarissimam illam  
conversationem Dei cum homine *p.*,  
quod negem absit, sed magis ejus amis-  
sionem dolendam, restitutionemque fu-  
turam *q.* sperandam, arbitror. At il-  
*l.*, li *speciatim* notitiam linguae, & sancti  
istius idiomatis conumunicationem vel  
adquisitionem, ejusque usus facilitatem  
adscribere, videtur absque necessitate,  
ne quid gravius dicam, fieri. Non nunc  
urgeo, quod alij statuunt *r.*, quinque  
solum *s.* vel sex *t.* ea esse, quae a Deo  
*immediate* nominata sunt, nec quod  
loquendi actus *αὐθομοπαθῶς* deo  
tribuatur *u.*; siquidem, & in forma  
hominis adsumpta adparuisse primis pa-  
rentibus *x.*, & in ea cum ijs loquutum  
fuisse

*p.* colligitur ex Gen. II. 8. 16. 17. seqq.  
*q.* I. 28. 29. Prov. IIX. 31. explicatur apud  
D. D. Calop. System. Tom. IV. p. 419. seq.  
*q.* Apoc. XXI. 3. *Sc.* *r.* Aben Ezra, cum  
aliis quibusdam Hebreis, videatur Hot-  
ting. Hist. Great. Quest. XLIII. p. 66.  
*s.* Gen. I. 5. 8. 10, ut sunt lux, nox, cœ-  
cum, terra *et* maria *t.* additur Aiam Gen.  
V. 2. *u.* Hotting. loc. laud. x. Gen. II. 22,

fuisse *y*, Theologi *z* dicunt: solum il-  
lam necessitatem tolli existimo, per suf-  
ficientem sapientiae habitum homini cō-  
creatum, ut antea probavi. Si enim De-  
us voluisset ipse sua designatione *a*, jussu  
& auctoritate *a*, omnia animalia suis  
vocare nominibus, feminamque adpel-  
lare viram, &c. illaque omnia, *vel* per  
*conversationem familiarem* homini post-  
modum indicare, non opus ei fuisset,  
illa ad Adamum adducere, ut videret,  
quid ille ea vocaret, quod ~~iam~~ ab eo  
factum est; *vel* per *peculiarem quan-*  
*dam scripturam* ea nota facere Adamo:  
nec de eo reticuisset Moses; nec nunc fa-  
bulosi commenti insimularemus *Mu-*  
*bammedanos, Gnosticos & Angelum Roc-*  
*cham a Camerino*, quorum illi tradunt  
primos libros e cælo delapsos esse, mis-  
sosque a Deo accepisse Adamum, quos  
xxi. numerant, argumentoque venera-  
biles reddunt, commendantque ex eo,  
quod contineant decreta, leges, statu-  
ta, promissiones, minas aliasque res a  
tempore Adami eventuras *b*, & illi ut

E 5

Pro-

*y*, Gen. i. 28. seqq. ii. 16. seqq. iii. 8. 9.  
*Ec.* z. conf. B. Gerhard. in Gen. iii. p.  
94. *¶* quos ille laudat, a. Hotting. loc.  
cit. b. Kessens de vitiis Patrum, no-

Prophetæ & revelatas: isti publico do-  
lo confinxerunt librum quendam cuius  
titulus: *Adæ revelatio quando Deus  
immisit soporem in illum d;* hic ratio-  
ne ipsa persuasum esse vult, Adamum di-  
vinitus edoctum fuisse e &c.

XXXII. Supersunt alij duo addiscen-  
di sermonis modi in Adamo, quos, quam-  
quam veritate adhuc minore, specie ta-  
men ejus splendidiore nobis obtrudere  
conantur ingenia, fingendis rebus nata,  
variorumque opportuna, figmentorum  
generibus. *Angelos* habuisse præcepto-  
res Adamum, credi volunt Judæi, an-  
gelumque sanctum Razielem, præfe-  
ctum secretis superiorum sanctorum,  
*Adam*, sicut Abrahamo Zadkielem,  
Iсаaco Raphaelem, & Jacobo Pelielem  
ut præceptores præficiunt f. Illumque  
Adamо

tante Hotting. Hist. Orientali, l. 1. c III.  
p. 22. c. cum hoc titulo collocatur in Ge-  
nealogia Muhammedis, vid. Hotting. l.  
cit. p. 20. 21. d. adducitur rejiciturque  
ab Epiphanio in lib. 1. Panarij, conf. D.  
Thom. Bang. Cæl. orient. Exerc. II. Q. I.  
& v. e. in Comment. Biblioth. Apostolice  
Vatic. p. 79. seq. cit. Bang. l. c. Q. I.  
& III. f. Reuchlin. lib. de art. Cabalist.  
ex commentarijs Cabballistarum circa li-

Adamo dum in horto Eden versabatur,  
 tradidisse librum quendam ajunt, in  
 quo exarati erant characteres superi-  
 ores sanctæ scientiæ, nec non, quod iste  
 liber sit ab Adamo jam e paradiſo expul-  
 so ablatus, quam ob rem dolore confe-  
 stus, conjecit se in aquas Gichon, cervi-  
 ce tenus. Cum vero, jam totum cor-  
 pus ejus squalore obsitum esset, impera-  
 vit Deus, ut liber ei redderetur, ne sa-  
 pientia & doctrina privarentur homines.  
 Adam tradidit eum Seth Filio suo, a  
 quo pervenit ad Enoch, ab Enocho ad A-  
 braham, & sic deinceps ad sapientissi-  
 mos cuiusque generationis. g. Et forte  
 ob hanc cauſam illum non adnume-  
 rant ſex iſtis rebus quas ſingunt h ab  
 Adamo ablatas, ut ſunt: *ßlendor faciei*

E6 i, qua-

brum *Jettira*, p. 622. & 626. ut auctor  
 mihi eſt idem D. Thom. Bang. l.c. Q.v.  
 p. 121. g. fabulosa hac verba ſunt Voſ-  
 ſini, interpretis Cabalistica disputatio-  
 nis Rabbi Iſrael filij R. Moſis de anim.  
 e libro *Zobar* Sect. I. Gen. I. pag. 217. ut  
 refert ea Bang. l.c. 120. cum animadver-  
 ſione Censorum Parisiensium qui Rabbi-  
 nicum hoc ſcriptum ediderunt, & Ludo-  
 vii S. Francifti Lufitani Eccl. in eadem.  
 h. *Baal Hatturim* ad Num. III. 13. cur

176 i, (qualem & Moses ex conversatione  
cum Deo habuisse legimus k) vita l,  
statura m, fructus terræ & arborum n,  
& duæ luminaria o: inque adventu Fi-  
lij Nachionis p qui est Messias, reditu-  
ras esse q. Claudius Duretus r ait in  
statum Razielis librum hunc præculisse ti-  
tulum: *Chauæ sive omnium viventium*  
admis-

*ibi* abundanter in prima voce scribatur  
vau. videatur D. Hacksp. Expositionis Ca-  
bulæ Judaic. §. LXXXIII. p. m. 352. seqq.  
i. ex Job. XIV. 20. k. Exod. XXXIV. 29. seqq.  
z. Cor. III. 7. 13. l. ex Gen. III. 19. m.  
quam usque ad cælum pertigisse volunt  
conf. Hacksp. l. c. §. LXXV. & seqq. in pri-  
mis LXXXIX. postea vero imminutam esse ex  
eo concludunt, quia potuit se abscondere  
inter arbores horti Gen. III. 8. n. ex Gen  
III. 17. o. ex Esa. XXIV. 23. Job. XXXIX. 15  
p. Num. VII. 12. Matth. I. 4. Luc. III. 32. q.  
sigillatim id probari posse existimant, i.  
ex Jud. V. 31. II. ex collatione Pjal. XC. 10.  
cum Esa. LXV. 22. III. ex Lev. XXVI. 13. edu-  
xi vos statura porrecta & procera. IV. ex  
Zach. IIX. 12. v. & VI. ex Esa. XXX. 26. r.  
in Historia de linguis universi, quam gal-  
lico id omate publicavit Colonie Anno  
hujus sec. XIII. conf. D. Thom. Bang. l. c.  
Q. I. p. 100. & seqq.

admirabiles & super omnes doctrinas mundi, secundum evangelicam Veteris & Novi Testamenti veritatem amplectendae Prophetiae, conscriptae a Raziele Adami primi parentis angelo, ex libro Behu, id est, lucis purissimae, excerptae. Alibi vero idem ille Dureetus Alphabeto Adamæo s, quod cum alijs & suo patrocinio defendit, inscribit: *Characteres de l° Ange Raphael.* Unde & ipsos de præceptore illo, incertos esse, constat. *Humanam autem institutionem præfert, præA- manam ad amitarum ille progenitor, ipse enim uita: Rabbi Moses Ben Maimon,* refert libros antecessorum suorum, qui mentionem faciunt præceptoris ipsius Adami, quem dicunt fuisse nomine Sonboscher.

*Et quam-*

*s Exemplum ejus nobis dedit D. Thom. Bang. l. c. Vir in hisce, inter recentiores clarissimus accuratissimusque, t. Thesco, qui super. s̄ec. An. XXIX. primus evulgavit Adami Characteres, & Jacobo Bonaventura Hepburno in aurea sua virga, quam splendidis variarum litterarum characteribus ornavit evulgavitque Pauli v. Pont. privileg. & superiorum licentia confirmatus; an. currente s̄ec. XVI. u. in part. 1. syst. Theol. l. III. c. III. cit. Hilpert. Diss. c. I. §. 5.*

cere autem concreatum istum sapientiae  
 habitum, per quem solum, articulati  
 sermonis usum, sibi adquirere potuit A-  
 dam. Id vero præterea in gratiam Hulsijs  
 cum quæri potest: *an id cum arte factum?*  
 arte tamen sintne Adam & sermo ejus artificiosi  
 dicendi? *Quamquam*, non potest non  
 negari, Adamum in nominum verborum  
 que prolatione sequutum fuisse aliquam  
 conjecturam, vel observationem diuturnam,  
 cum illam non admittat perfectissima  
 eius sapientia, nec istam locum ha-  
 bere antea ostensum sit, utraque licet  
 requiratur, in eo quod certo respectu,  
 artificiosum sit *u*; et in præcedentibus  
 evictum est, sermonis usum esse natura-  
 lem, ac certo modo, naturaliter inesse:  
 tamen non obstat, quin stante hac sen-  
 tentia, de naturali inhæsione, arti et-  
 iam aliquo respectu adscriberendum sit,  
 sermonisque usus, cum arte adquisitus  
 efficiusque dici possit, cum non solum  
 non incommodum sit hoc ipsum, sed &  
 legitimum justumque. Est enim ex na-  
 tura artis, *cum recta ratione*, quæ ut  
 dirigens facultas, ex multis animi per-  
 ceptionibus *x*, formatis de rebus pe-  
 nitus perspectis, pleneque cognitis, at-  
 que  
 u. Cic de divinat. I. §. 116. Et II. §. 46. x.  
 Acad. Quest. l. IV. §. 22.

que ab opinionis arbitrio se juntis y, pro-  
ve informata esse debet z; aliquid effi-  
ere a. Idque per influxum in faculta-  
tem subordinatam; seu executivam, in  
corporeis membris organisque residen-  
tem. Per hæc enim operantur artes b,  
nec absque respectu ad ea habito, indif-  
ferente tamen ad immateriale vel ma-  
teriale effectioñem c, vera effectio est;  
nec prout hæc a contemplatione &  
actione distinguitur, ejus formale sine il-  
lorum consideratione exprimi potest,  
quia per instrumenta corporea, nec con-  
templamur, nec virtuosi efficimur d,  
ed solum per ea, aut potius per eorum  
notum artis operatio fit e. Quod ipsum  
quantum ad actum locutionis, exerciti-  
mque sermonis spectat, antea declara-  
ti, ut id nunc, sicut cætera omnia in  
antecedentibus dicta, perfectiore ratio-

F 2 ne, &

. de orat. lib. i. §. 108. z. conf. Geil-  
fus. Exerc. Acad. in Organ. Arist. Dia-  
trib. I. num. VII. §. 63. a. Arist. Eth.  
I. q. b. Geilfus. Exerc. Acroamat. in  
pg. Peripatetic, Exerc. I. num. I. §. 3. m.  
Cl. Thuron. Instit. Log. Tr. Prooem. p. 10.  
q. d. Conf. Geilfus. Exerc. Acad. I. c.  
61. 62. e. verba sunt Aristotel. lib. II.  
Generat. animal. c. IV. circa med.

84 ne, & facilitate commodiore, ad Adamum applicari possit. Et hoc nunc satis esset ad evincendum, sermonis articulati usum, in Adamo & aliis arti tribuendum esse, nisi aliis quoque modis hoc ipsum probari posset. Versatur enim, ut artes aliæ, circa materiam, videlicet *sonum*. Illamque aptam idoneamque, (*εὐεγγέλιον*) efficiendam, ad opus *f*, interpretationem mentis, producendum. Estque hoc de essentia artis in genere, nec omnes in materiam externam agunt *g*, nec nisi in quibusdam tantum artibus id attenditur, ut stabile & permanens opus relinquatur *h*. Nominatum autem opus non sui causa solum fit, sed superest ei, ut *ποιητικῶν* ceteris, præter facturam effectiōnemque, finis alias *i*. De quo

& nesciis ut & materia supra pluribus dixi. Ei⁹ cœssica⁹ quibus simul manifesto constat, ad bellum te quas ne esse, necessarium fuisse primo hominidam, sermonis usum, frustra negante Hulsius. Quamvis per *αὐτάγονον* & cogente necessitate vel vi *k*, eum non effinxerit

cui⁹

*f. Arist. de nat. auscult. l. II. c. II. t. 2.*

*g. Geilfus. Exerc. Acroamat. loc. cit.*

*conf. quæ ad mentem Stalij Posner.*

*præfat ad log. ejus Quesst. i. Arist. mag.*

*moral. l. I.c. XXXIV. k. id. Metaph. v. c.*

um in eo fuit facultas mentis, qua 85  
potuit de rebus recte judicare, cognita ac lis-  
ta x judicata eligere, ac inferiorum faculta- berte  
rum prompto ministerio, eadem liberri- summa  
me fugere aut prosequi L.

XXXIV. Extendenda autem est hæc libertas, non tantum ad ipsum exerci-  
tium, sed & ad respectum illum qui in sermone spectatur, & in locutione A-  
dami ad idioma *Hebreum* restringendus  
est. Quod non minus consensus omni-  
fere Ecclesiæ Doctorum unanimis,  
pesque bonitatis Divinæ, ut in eademi  
lingua suum verbum custodiendum vel-  
let, in qua primo traditum erat; credi-  
bunt; quam firmissima ex analogia  
omnium argumenta id ipsum evincunt  
n. Istam autem Adami libertatem in  
unc modum explicat *Hulsius n.* *Quin*  
*hoc mihi dabis, quamvis nonnulli in*  
*alia sint sententia, hominem loquendi fa-*  
*cultate jam a Deo præditum, non ha-*  
*nuisse facultatem illam unico duntaxat*  
*idiomati adstrictam, adeo ut una ran-*

F 3 tum

Syr. xv. 14. seqq. conf. B. Jac. Mart.  
part. Theol. Disp. vii.. §. 75. 76. m. Con-  
tra Gorop. Beccan. *Omnia scripta ejus,*  
*ne non Cluver. Germ. Antiq. lib. i. c. ix.*  
74. Sc. n. in Orat. supra laudata. p. 7.

tum lingua ipsi sit naturalis, quam si  
maternam nullam didicerit, ex nature  
primitus creatae, (cujus vestigia multa  
post lapsum supersunt) instinctu, sponta-  
neo motu sit prolatus; Sed e contra,  
istam in homine loquendi facultatem, ad  
quodvis idioma fuisse liberam atque in-  
determinatam; proindeque circa sermo-  
nis usum, eandem humanae menti indi-  
tam fuisse libertatem & potestatem, qui  
habuit circa peccatum, ut, quemadmo-  
dum respectu Divini decreti necessario  
peccavit, respectu tamen naturae a Deo  
infuse peccavit liberrime & potuit non  
peccare, utpote ad utrumque indifferens  
si volnisset: Sic respectu Divini decreti,  
isto, quo inde ab initio, cum ipso Deo com-  
municavit idiomate, necessario homo u-  
sus fuerit, respectu tamen naturae a Deo  
inditae, eo fuerit usus liberrime, semper  
que naturalem illam, ad omnis generi  
linguas & idiomata, indifferentiam, e-  
tiam post peccatum, ut experientia edo-  
cuit, firmiter retinuerit. Si suæ sectæ  
hypothesin, hic non observasset, bonus  
ille vir, felicius omnino hoc ipsum ex-  
pliaverat: Proinde quæ extra illam dicta  
sunt, non puto improbari posse, quare  
& illa tanquam satis commoda adduxi.

Istam

Istam autem ad actiones humanas applicatam, absurdam judicarunt & Theologi & Philosophi saniores. Idcirco in hoc negotio & circa locutionem primi hominis spectata, non meliori titulo vel nomine digna est. Si enim *necessario*, respectu Divini decreti, lingua Hebræa usus fuisset Adam; & hoc in se consideratum, ipsaque vocis vi id ipsum dicit, quod constitutum & cogitando firmatum est o, adeoque in Deo spectatum, pendet ex immutabili ejus voluntate p, cui nemo resistere potest q, quia Deus omnem suam voluntatem facit r, quo quæso se a su potest dici: Adam liberrime usum fuisse linguā Hel. ea? Non respectu naturæ a Deo inditæ, quia æque illa ac omnia alia, subjecta esset divinæ potentiarum, in decreti & immutabilis voluntatis (si talis circa sermonis usum, locum haberet:) executione s. Erit itaque immediata hæc oppositio t, non minus in

F 4

expli-

o. Laur. Vell. Eleg. Lat. l. v. c. CCCXXXIII.  
p. Piscator. Thes. Theolog. loc. vi. §. 42.  
p. m. 123. q. Rom. ix. 19. r. Esa. XLVI. 10.  
s. Psal. cxy. 3. CXXXV. 6. t. Scalig. Exerc. XXXIX. Suarez. Disp. XIX. Sect. II. t. 9.  
D. D. Galov. Metaph. Divin. part. Gen. de necess. conting. p. 412. Scheibl. Metaph.

explicanda libertate Adami circa usum sermonis, quam alias, ipsis Calvinianis nullo modo concilianda u. Foret enim libertas omnis Adamo dempta x, non tantum quoad actum loquendi exercitiumque, sed & ratione facultatis, & actus primi y: quia supposita illa prædeterminatione Divina ad actum secundum eaque immutabili, non potuit non ferrari in eundem etiam facultas seu potentia loquendi. Cum prædeterminatio illa, sic esset ineffixax, (quod impium est dicere) si in ista facultate liber constitutus Adam, potuisset, vel etiam ipso facto ordinasset illam facultatem ad aliam linguam, ab ea diversam, qua usus est. Ulterius, per eandem istius prædetet minationis efficacitatem, non tantum determinaretur sed & cogeretur Adam z, quod sane libertas ejus ferre nequit. Incommoda

*lib. i. c. xix. n. 17. u. fatente Streso. apud D. D. Calov. Syst. Tom. II. 533. x. conf. Suarez. Disp. xxii. Sect. II. t. 35. seqq. y. per hanc distinctionem & prioris membra concessionem, putat se effugere posse Revius in Suarez. repurg. Disp. xix. cum Cumel. & Alvarez. z. Simile effugium Revij, eademque limitatio, lib. cit. p. 274.*

moda præterea est ista hypothesis. Cum nullum in scriptura sacra habeat fundatum; nec in se quidquam veri contineat. Si enim ad mentem sui auctorum explicetur, invertit ordinem. Siquidem Deus non præscit, quia decrevit; sed quia per æternam omniscientiam, vidit res omnes in esse objectivo a, adeoque adhuc futuras, exinde decrevit eas jam in actum deducendas, si bonæ fuerint, fieri; sin vero malæ, permettere b. Idque ex eo, quod actus intellectus, præcedat semper, sequatur autem voluntatis. Male itaque statuunt voluntatem Dei, de re futura, qua tali, præcedere, scientiam sequi, & in illa fundari, ob hanc caussam, quod si subsequatur hanc illa, res præsupponeretur futura citra voluntatem Dei c; cum res ut futura illa præcipue, quæ dependet a caassis secundis, aut ab arbitrio voluntatis humanæ d, nullum habeat respectum ad voluntatem Dei, adeoque nec cum nec citra illam futura dici potest;

F 5

test;

a. D. D. Calov: Tom. II. Syst. c. x. Q. IIX.

b. idem Tom. III. Art. VI. Q. IV. p. 1171.

seq. c. hoc objicit Revius in Svarez. repurg. ad Disp. XXII. p. 416. d. B. Ægid. Hunn. in de provid. Dei Sc. p. m. 9. § 10.

90 test; sed solum respicit scientiam, no-  
titiæque habitum in mente Divina e,  
Præscientia enim per se & solitariæ in-  
tellecta, non cauſsam rerum præscita-  
rum, sed notitiam designat f; Si enim  
aliquem influxum vel determinationem  
necessariam inferret, tum nihil unquam  
nobis deesset, cum Deus sciat quibus in-  
digemus g. Quæ tamen secundum bo-  
nitatem ejus nobis dantur h, & non ex  
necessitate præscientiæ, quæ per modum  
cauſalis cuiusdam influxus non concur-  
rit i. Uſus itaque est Adamus idiomate  
Hebræo (huc adplico ea quæ dicta sunt,  
& ex professo a Theologis k tractantur:)  
ratione naturæ inditæ liberrime; ratione  
quoque Divini decreti pari libertate, quia  
tale vel determinans, vel ad istam linguaæ  
speciem cogens, nullum erat. Infallibili-  
ter tamen ratione præscientiæ divinæ,  
quia hæc falli nequit l.

xxxv. Ipſa

e. Eſa. xxxvii. 28. 29. Job. xxix. 24. Form.  
Concord. p. m. 617. 798. seq. f. B. Hunn.  
l. c. p. 5. & 14. g. Matt. vi. 32. h. Luc.  
xi. 13. i. concedente ipſo Wendelin. Chri-  
ſtian. Theol. l. i. c. vi. Thes. 13. p. 224.  
k. ll. cc. de omniscient. Dei, Provident.  
Prædeſt. l. conf. Matt. x. 29. seq. Psal.  
cxxix. &c. cum Mal. iii. 6. Jacob. 1. 17.

XXXV. Ip̄a vero nomenclatio penitus si inspiciatur, non parum de dignitate ac eminentia Adami, nos admonebit. Ac in primis ratione obiectorum nominandorum dominij solemnem declarationem illam fuisse certum est. Adducebantur enim illa, quae antea potestate ejus subjiciebantur m. Et cum nec tunc, nec postea a dominio exempti erant pisces, cur in tam universalī congregatiōne non adessent n? Deus quoque addūcens animantia omnia ad Adamum tradidit ei imperium in illa, inque illorum possessionem eum mittit, coramque eo illa sistit, ut novo Principi inaugurando sibi solent subditi o. Illius itaque erat eadem nominare. Nec cuiquam, nisi potestate superiori, unquam licitum fuit nomen vel dare vel mutare. Sic Deus quorundam nomina & in veteri & in novo Testamento, vel ante optum eorum prædixit p; vel post mutavit q. Parentes liberos nominant r. Erat & hoc quandoque regis imperij ac dominij testimonium s. Adamus & Abasverus coniuges suas, nominibus a se inditis vocare potuerunt t; & olim servos suos Domini, u. Quare

F 6 domi-

Form. Concord. loc. cit B. Hunn. l.c.p. 9. Sc. m. Gen. i. 28. n. contra Calvin, & Perer. vid. R. Gerb. in Gen. p. 60. D.D. Caloy. Syst. Tom. IV. p. 451. o. Francisc. Jun. in Notis. p. Gen. XVI. II. I. Reg. XIII. 2. E/a. XLV. I. Luc. I. 13. 31. Sc. q. Gen. XVII. 5. 15. XXXII. 28. Marc. III. 16. 17. Sc. r. Gen. IV. I. v. 28. 29. Luc. I. 60. seqq. Sc. Sc. s. Dan. I. 7. 2. Reg. XXIII. 34. XXIV. 17. Gen. XLI. 45. Sc. conf. D. Christian. Matth. Theatr. Histor. lib. I. p. 81. seqq.

92 dominium Adami in ceteras animantes, solemniter  
ori modo confirmari vel declarari non potuit.

sapiens. **XVI.** Magnam autem sapientiam in primo  
nominum institutore requisivit Plato x. ac sine  
gulare nomenclationis artificium y videns, mas-  
gnopere eundem admiratus est z. Quæ omnia de  
nullo alio dici possunt, quâ primo homine Adamo,  
idecirco optime de hoc ipso loquitur Chrysostomus:  
Atque hoc certissimum est sapientia, quæ  
homini inerat documentum, quod non solum sui  
ipsius, sed etiam rerum creatarum cognitione fuit  
prædictus, ad salutarem illam Dei notitiam adces-  
dente a.

**XXXVII.** Verum hanc sapientiam, vel cum  
Socino b nullam fuisse c, nonnulli censemunt;  
vel exiguum saltem plures forte concedent:  
cum secundum sententiam Aristotelis d, omnia  
nomina ex instituto, & secundum omnes tres  
causas ad placitum e, sive ex arbitrario homi-  
num usu f, & loquendi consuetudine g, signis  
ficente

t. Gen. III. 20. Esth. II. 7. conf. Christian.  
Matth. I. c. & Fridlib. observ. Bibl. u.  
Plato in Cratylo p. m. 384. edit. Serran.  
an. sup. sec. LXXIX. Alsted. Archelog. c.  
XIV. p. 59. x. p. 388. seq. y. p. 390. E.  
z. p. 438. C. a. conf. Jun. in Notis ad  
Gen. II. b. in Anti-Pucc. p. 109. cit.  
D. D. Calov. Syst. Tom. IV. p. 498. c.  
verba ejus vid. in loc. jam cit. d. lib. de  
interpret Tract. I. c. 2. e. Alb. Magn. in  
lb. periherm. Tract. II. c. IV. p. 247. a. f.  
Horat. de arte poetic. ab init. Burgersd.  
log. I. I. c. XXIV. Theor. II. §. I. p. 141. g. Joan.  
Bond. in Notis ad I. cit. Horat. p. m. 271.

93

Sc̄ent: hoc est, ut Hermogenes explicat h: quod quis instituto quodam imposuit id rectum est nōmen: jam & si quis nomen commutarit, nec constitor illo nomine amplius rem appellari, non minus tamen quam prius, rectum futurum ultimum illud commutatum nomen. Adeo ut nōmina sint tantum signa, ex pura puta hominum voluntate & conventione profecta i. Quem ad modum varijs rebus signa dantur militiæ, apud diversos populos, modo de signo isto in exercitu conventum sit; nec non aliis nominibus, quæque gens eandem rem exprimit, sola consuetudine adprobatis, nec aliquo in re ipsa, fundamento firmatis; eadem ratione & nomina ab Adamo imposita, nihil præterea haberent, quam quod in his nominibus & militiæ signis est; nudum scilicet institutum & conventum. Sed aliter se res habet. Opinio Socini per superius dicta, & falsitatis & impietatis convincitur. Altera sententia, de nominum ratione incommoda est: proinde Ammonius Hermias k, illam cum contraria Heracliti & Cratyli communoda distinctione conciliavit, & secundum veriorem Platonis l, in hunc modum explicavit: Sic ex arbitrio & impositione voluntaria significare intelliguntur nomina, ut habent quidem ipsa significationem ex voluntate ejus, qui ea fabricatus est; habeant tamen ex voluntate, non vaga aut libera, quæ ex libidine sua, quamvis vocem cuivis rei notandæ ponat; sed ex ea voluntas sit, quæ rei naturam intuetur, & ad eam voces a-

ptat

h. Plat. in Cratyl. i. Gorop. Hermath.  
lib. I. p. 7. k. Gorop. l. c. p. 8. & 9.  
l. sib persona Socratis in toto Cratyllo  
proposita, conf. Serran. præf. Goropii. Her-  
math. lib. I. Scrutin Ingen. Huarti c. xi.  
p. 313. seqq.

ptat m. Quo modo veritas, quæ in re est ut in causa, & in anima, tamquam in subjecto, erit denique in oratione & scripturâ, ut in signo n. Est sane is optimus sermo, qui verbis componitur rerum proprietates quam optime exprimentib⁹ o. Cum autem verba notæ sint earum imaginum, quæ in animo aut mente depictæ sunt ad rerum similitudines p; necessarium est confiteri, ab eo qui rerum naturæ peritissimus est, cum optimas in animo imagines pingi; tum verba fieri, has imagines, quam proxime imitantia q; Proinde, eum singulorum animalium proprietates Adamo non fuerint ignotæ r; sed omnia plene, recte & ordinatæ s, ex lumine naturali t, & quidem longe profundius quam nos adspexit u; intimasque rerum formas inspexit x, nos autem ad eas non penetramus y: Idecirco non dubitandum, quin ab ipso nomina singulorum animalium convenienter, & ad rei naturam z secundum cujuscunque proprietatem & usum a iudicata fuerint. Felicitatem hujus ὄρομαθεσιας b, ostendit quoque ipse textus: appellavit Adam nominibus suis cuncta animan-

m. apud Gorop. l.c. p. g. n. Geilf. Exerc. Acad. IV. part I. de interpret. n. I, §. 10. o. Gorop. lib. v. Indosc. p. 538. p. Digb. Tr. I. c. I. §. 2. p. 2. q. conf. Gorop. l.c. r. B. Chemn. Exam. part. IV. p. 756. a. s. B. Meisn. Anth. Disp. I. Q. VI. §. 13. t. Alsted. Encyc. l. XXXII. c. XI. num. V. p. 2025. u. D. D. Galov. Tom. IV. Syst. p. 451. x. Jū. in Not. y. Piscat. p. 59. z. Euseb. vid. Galov. l. c. p. 498. a. B. Chemn. l. c. b. D. Bang. Exerc. I. p. 8.

animantia; adeo ut non facta nomina sed cum  
rebus ipsis nata viderentur c.

XXXVIII. Neque hæc nihilo veriora censenda  
quam illorum amentia sana qui a natura vocabus  
la exoriri atque sese in ora hominum insinuare,  
prodiderunt d: cum illa eo quo supra explicavi  
modo intellecta volo. Nomina autem naturaliter  
esse impressa vel naturæ rerum vel naturæ appellan-  
tium incommodè statuitur e.

XXXIX. Cum autem videret provida Creatoris  
cura & hoc necessarium esse ut rata firmaque es-  
set institutoris in nominibus condendis auctoris-  
tas; ut loquitur Plato f proinde & illa Adamum  
munivit illo modo ut quodcumque nomen inderet  
animalibus Adam; hoc nomen eorum esset. Qua-  
re quæstio Epicuri: unde potestas illa quæ ad uen-  
dum vocibus primitus dictatis plures cogeret? pro-  
missæ repressioni g sicut cetera de nominum rati-  
one refutationi, reservatur magis quam ut nunc  
illi respondeatur. Antecepit quidem est sacerorum is-  
torum verborum interpretatio & communis hæc  
est; in priori versu illa per anticipationem dicta  
positaque esse h. Idcirco in hunc modum resti-  
tuuntur ab Augustino i, & post hæc vocavit As-  
dam nomina omnium, pecorum & omnium avis  
um cæli, & omnium bestiarum agri; & secun-  
dum quod vocavit ea Adam, hoc est nomen eos  
rum usque in hodiernum diem. Hæc sane non le-  
ve

c. Gorop. l. c. d. verba sunt Scaligeri Ex.  
ccxxiii. e. conf. B. Gerb. in Gen. p. 61.  
B. Jac. Mart. Disp. Log. domest. IIx. §.  
15. 16. Ec. Ec. f. in Cratyl. p. 389. E.  
interp. Serran. g. a Gassendo in prefat.  
conf. Synt. p. 132. seq. h. Torniell. in  
annal. sacr. conf. Hilp. Disp. p. 134. i.  
lib. II: de Gen. c. I. p. 828.

& au-  
ctorita-  
te indis-  
isse

ve quoddam argumentum suppeditabit pro lingua  
Hebræa ortus antiquitate & dignitate k; quam as-  
tij l. vellicant, & argumentis nostris vim faciunt  
m. Prior tamen interpretatio, contextui verborum  
magis conveniens esse videtur; nec suis destituis-  
tur Patronis.

XL. Erat autem hujus auctoritatis fructus haud  
exiguus, universa enim terra unius labii erat & ser-  
monis ejusdem, usque ad confusione Babylonie  
n. Quod Ethnici etiam agnoverunt o. Ut  
omnino stolidus sit, qui negat p, & vanus qui dis-  
cit: solum consensum animorum ibi per utrum la-  
bium indigitari q. Nullibi vero proprie illam lin-  
guam existare, sed demum in futura vita redituram  
fore, magis per conjecturam quam ex rationibus  
satis validis dicitur r; & quidem absque fiducia bo-  
nitatis & providentiae Divinæ s. Propagari autem  
potuit ad posteros Adami, beneficio longinquæ  
tatis primis hominibus concessæ t. Probabile tan-  
tum est Adamum invenisse litterarum elementa u.  
Et sicuti maxime incertum est, Adamum aliquos  
scripsisse libros x: vel in commentaria redegisse nos-  
menclaturas animalium y; Ita nec minus incom-  
modum est linguam Hebræam in ruderibus imagi-  
nis divinæ conservatam fuisse statuere z.

### SOLI D E O G L O R I A.

k. Jun. in Not. l. Gorop. & Cluver. m. Cluver.  
l. c. n. Gen. xi. l. 6. q. o. conf. Brian. Valton  
dissert. de L. orient. §. 2. p. 5. p. tribuitur hoc  
Philastrio. vid. B. Gerh. Gen. p. 264. D. D. Ters.  
p. 32. conf. D. D. Enevald. in Gym. Exs-  
erc. vii. §. 7. p. 212. q. Thom. Angl. l. c. c xix.  
§. 1. 2. r. Grotius in Gen. xi. l. conf. V Valton l. c.  
§. ii. p. 19. Cluver. l. e. ex Plutarch. & Laertio se-  
Gprop. Hermat. l. II. p. 24. t D. D. Calov. Tom.  
iv. p. 452. u. Bang. Exerc. i Q. iii. x. Hotting.  
Hist. Orient. l. c. l. ix. p. 283. seq. y. D. D. Calov  
l. c. p. 451. conf. PræAdama, z. Hulsi sup. Thes. xxv.